MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81279-16

AUTHOR:

WACHHOLTZ, ADOLF

TITLE:

DE LITIS INSTRUMENTIS IN DEMOSTHENIS...

PLACE:

KILIAE

DATE:

1878

Master Negative #

93-81279-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88DX
W112

Wachholtz, Adolf, 1855-
...De litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum; dissertatio inauguralis quam... scripsit Adolfus Wachholtz... Kiliae, In aedibus Lipsii et Tischeri, 1878.
42 p. incl. fold. table. 25 cm.

Thesis, Kiel.

88DD
Z8
v.16

Another copy.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/13/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

De litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN ACADEMIA REGIA CHRISTIANA-ALBERTINA KILIENSI IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ADOLFUS WACHHOLTZ

Utinensis.

PROSTAT KILIAE IN AEDIBUS LIPSII ET TISCHERI.

EX OFFICINA G. STRUVE UTINENSIS.

1878.

Imprimatur:
Dr. G. D. E. Weyer.
h. t. decanus.

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

EDUARDO LUEBBERT
FRIDERICO BLASS

SACRVM.

De litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum.

§ 1. Quaestio de legum, decretorum, testimoniorum formulis, quae in orationibus nonnullis oratorum atticorum insertae reperiuntur, utrum genuinae sint necne, orta est ab illis formulis, quae exstant in Demosthenis oratione de corona. Insunt enim in his nomina archontum eponymorum, quae non cum illis eponymorum nominibus congruunt, quae alii scriptores et inscriptiones nobis tradiderunt. Quam difficultatem cum alius vir doctus alio modo tollere studuisset [1]) Brücknerusque [2]) jam nonnullas earum formularum haud genuinas judicavisset, Droysenius commentatione sagacissima, Die Urkunden in Demosthenes Rede vom Kranz, Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 6. Jahrg. 1839. No. 68 sqq. omnia in Demosthenis oratione de corona litis instrumenta a falsario supposita esse demonstravit. Omnibus fere viris doctis sententiam suam probavit neque Voemelio, quamquam quattuor Gymnasii Francofurtensis programmatis inde ab anno 1841 id egit, hanc sententiam labefactare contigit [3]). — Iam vero eandem viam ingressi etiam in caussarum instrumenta aliis orationibus inserta viri docti inquisiverunt. Fr. Frankius disputatione de legum formulis, quae in Demosthenis Aristocratea reperiuntur (Misenae 1848), illas maxima ex parte ex ipsius oratoris verbis exscriptas esse docuit. Maxime autem Westermannus hac in quaestione versatus est, qui tribus praecipue commentationibus hac de re egit. Inscribuntur: de litis instrumentis, quae exstant in Demosthenis oratione in Midiam Lipsiae 1844, de jurisjurandi judicum Atheniensium formula, quae exstat in Demosthenis oratione in Timocratem Lipsiae

---

[1]) Schömann, de comitiis Atheniensium pag. 139 sqq. Spengel, Rheinisch. Museum 2. Jahrg. 1828 pag. 367 sqq. Boeckh, de archontibus atticis pseudeponymis in Abhandlg. der berl. Akad. hist. philol. Klasse a. d. Jahre 1828 pag. 129 sqq.

[2]) König Philipp und die hellenischen Staaten, Anhang V, pag. 364 sqq.

[3]) Hic quoque vir doctus postea magis magisque ad sententiam Droysenii inclinavisse videtur; cf. progr. Gymnas. Francof. 1845 et Zeitschrift für die Alterthumsw. 1851 No. 30 et 31.

1855 sqq., Untersuchungen über die in die attischen Redner eingelegten Urkunden in Abhandlungen der sächs. Gesellschaft, philol. hist. Classe vol. I, Leipzig 1850. Omnia autem, de quibus disputat, litium instrumenta supposita esse probare studet. — Cum jam in eo esset, ut nulla fere earum formularum, quae apud oratores atticos reperiuntur, genuina haberetur, Kirchhoffius, über eine Urkunde der Poleten in Jahns Jahrbüchern, 30. Jahrg. Bd. 81 pag. 238 sqq. (cf. praecipue pag. 245 sqq.) et postea in Monatsberichte der Akademie zu Berlin a. d. Jahre 1865 pag. 541 sqq. (cf. praecipue annot. pag. 545) quaedam eorum nominum, quae in indicibus conjuratorum in Andocidis oratione de mysteriis leguntur, inscriptionibus vera probari docuit. Paullo post U. Koehlerus in Hermes Bd. II pag. 27 sqq. inscriptionem jam antea a viris doctis Pittakis et Rangabé minore studio adhibito editam in medium protulit, cujus pars ad verbum congruit cum legis formula in (Demosthenis) oratione in Macartatum § 57. Quae inscriptiones, cum ad quaestionem, num genuinae sint illae formulae apud oratores atticos, maximi certo momenti sint, me commoverunt, ut hanc quaestionem de integro pertractarem. Inquirenti autem mihi hanc in rem viri docti, postquam Droysenius formulas, quae exstant in oratione de corona haud genuinas esse demonstravit, opinione praesumpta quaestiones instituisse et litis instrumenta alius orationis recte, alius falso supposita existimasse visi sunt. Rectissime vero Frankius monet, magnam hac in re adhibendam esse cautionem, ne quid cupidius faciamus temereque condemnando illas formulas magna nobis cognoscendae antiquitatis subsidia atque instrumenta ipsi surripiamus.

§ 2. Jam quaestio mihi movenda est de origine illarum formularum. Frankius negat, quemquam recte credere, eas ab ipsis oratoribus adscriptas esse, cui viro docto facere non possum, quin adverser. Equidem potius Droysenii sententiam secutus sim, quam hac de re in prooemio commentationis, quam supra commemoravi, protulit. Nonnullos locos ad rem illustrandam maxime idoneos appono: Von den uns erhaltenen Gerichtsreden sind verhältnissmässig sehr wenige von ihren Verfassern selbst vor Gericht gesprochen ..... Der λογογράφος war natürlich bei der Anacrisis nicht gegenwärtig, ihm mussten die Documente, auf die es bei der gerichtlichen Verhandlung ankommen konnte, Seitens der Parteien eingehändigt werden; welche von ihnen und an welcher Stelle jedes er in der zu haltenden Rede anbringen wollte, musste natürlich so genau bezeichnet sein, dass sich der Besteller damit zurecht finden konnte. Und da wir keine Spur einer Numerirung oder sonstiger Ordnungszeichen vorfinden, scheint es natürlich anzunehmen, dass der λογογράφος die Actenstücke so einschaltete, wie sie der Sprecher verlesen lassen sollte und wie wir sie noch in einigen Reden eingeschaltet finden, mögen sie dann dem Schreiber einzeln oder vereinigt in Abschrift für die gerichtliche Verhandlung überreicht worden sein. — Nachweislich wurden manche gerichtliche Reden nicht blos in dem betreffenden Gerichtshofe gehalten, sondern hinterdrein herausgegeben; und solche herausgegebene Reden sind wohl nur auf unsere Zeit gekommen. Mochte die Absicht sein, über einen interessanten oder politisch wichtigen Process allgemeine Kunde zu verbreiten oder den Ruhm ausgezeichneter logographischer Kunst zu gewinnen, jedenfalls mussten die beweisenden Urkunden an der Stelle eingeschaltet zu lesen sein, wo sie die Richter gehört hatten .... So erscheinen die Urkunden, Zeugnisse, Volksbeschlüsse

u. s. w. als nothwendige Theile der Rede, wenn sie für weitere Verbreitung vervielfältigt wurde .... Hieraus ergiebt sich, dass, wenn sich in einigen Reden noch jetzt die Actenstücke sämmtlich oder theilweise vorfinden, dieselben ebenso, wie sie der Verfasser eingeschaltet, überliefert, keineswegs erst in späterer Zeit von gelehrten Editoren aus Archiven und Urkundensammlungen eingeschaltet sind .... Ist dagegen in den meisten Reden von den Urkunden Nichts als die Überschriften geblieben, so lassen sich mancherlei Möglichkeiten denken, wie das gekommen. Namentlich dürfte der Umstand sich anführen lassen, dass das Studium der attischen Redner bald überwiegend im Interesse der Rhetorik und der attischen Diction betrieben wurde, woraus sich denn die Auslassung jener Beilagen von nur sachlichem Interesse gar wohl erklären liesse. —

Itaque falsas formulas, quae nunc in orationibus reperiuntur tum demum additas esse, cum verae ab ipso oratore insertae excidissent, censeo.

§ 3. Nullius autem momenti mihi videtur esse ad quaestionem de illis formulis res, cui nonnulli viri docti magnam vim tribuunt, dico stichometriam. Nam multis modis formulae in archetypis exstare potuerunt, neque tamen ad numeros versuum orationum pertinere, quos codices nobis tradiderunt. Si enim, ut Castore Rhodio et Hieronymo auctoribus constare videtur [1]), codices veterum per cola scripti erant, formularum in versibus numerandis ratio haberi vix potuit. Potuerunt etiam in margine adscriptae esse, ut in nonnullis codicibus etiam nunc leguntur. Fieri denique potuit, quod Droysenius [2]) opinatur, ut in altero archetypo exstarent, in altero, ad quem pertinuerunt numeri illi versuum, deessent. — Dionysii vero Halicarnassensis temporibus jam formulas ejusmodi in codicibus exstitisse, ex eo elucet, quod ille auctor [3]) γραφὴν, quam dicit προςκειμένην, Dinarchi oratoris contra Proxenum affert. — Nihil ergo videtur esse, cur formulas illas opinione praejudicata suppositicias existimes. Quaestio non ad liquidum perduci potest nisi formulis et singulis et omnibus in accuratam disceptationem vocatis.

Cum autem e toto hoc argumento aliquid eligere oporteret, ad illas tantum legum testimoniorumque formulas, quae in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum reperiuntur, spectavi.

§ 4. Priusquam ad rem ipsam pertractandam accedam, pauca in universum de oratione illa proferam. Oratio in Macartatum quin Demosthenis esset, veteres critici non dubitaverunt. Dionysius quoque Halicarnassensis eam inter orationes in caussis privatis re vera a Demosthene conscriptis numerat [4]). Primi Benslerus [5]) et A. Schaeferus [6]) orationem a Demosthene esse profectam negaverunt, cui judicio caussis satis probabilibus confirmato omnes viri docti assensi sunt (cf. Blass attisch. Bereds. III, 1, pg. 489 sqq.). Cum autem nemo, id quod solum ad quaestionem,

---

[1]) cf. Blass, zur Frage über die Stichometrie der Alten in Rhein. Museum Bd. 24 pag. 524 sqq. Idem, attische Beredsamkeit Bd. III, 1 pag. 105 sqq.

[2]) Zeitschrift für die Alterthumsw. 1839 pag. 965 et 1845 pag. 15.

[3]) Judicium de Dinarcho vol. V pag. 635.

[4]) De admiranda vi dicendi in Demosth. 13.

[5]) De hiatu pag. 137 et 151 sqq.

[6]) Demosthenes und seine Zeit III, 1 pag. 229.

quam mihi proposui, attinet, neget, non declamationem esse rhetoris alicujus, sed orationem re vera habitam, quaestionem de origine orationis hoc loco missam facere licet.


§ 5. Restat ut breviter argumentum orationis exponam, illum qui accuratius caussam discere vult in eos quos nominavi libros et in Schoemanni Isaei editonem pag. 448 sqq. delegans. Agitur de hereditate Hagniae II, Polemonis filii e gente Buseli, de qua Isaei quoque oratio undecima habita est. Appono stemma Buselidarum, quantum ex Isaei et demosthenica quae dicitur oratione cognosci potest, omissis illis nominibus, quae in testimoniis tantum reperiuntur. — Hagnias II testamento relicto, quo sororis filiam adoptavit bonorumque suorum heredem fecit, e vita decedit. Illa quoque haud multo post mortua Glauco et Glaucus, fratres uterini Hagniae, testamento prolato hereditatem petiverunt. Contra hos Phylomache filia Eubulidis II litem instituit et cum testamentum esse suppositum, judicibus persuasisset, hereditate potita est. Sed ne haec quidem bona illa diu habuit. Paullo enim post Theopompus, filius Charidemi consobrini Polemonis et alii bona petiverunt. Vicit in certamine Theopompus, postquam judices ad eam sententiam adducere ei contigit Phylomachen I non fuisse sororem Polemonis eodem patre natam. Theopompo jam mortuo Sositheus, cui Phylomache II uxor adjudicata erat, Macartatum filium illius in jus vocavit hereditatemque repetivit nomine flii sui Eubulides III, quem paullo ante in uxoris patris jam mortui, Eubulidis II phratriam induxerat ejusque filium adoptivum fecerat. Qua in causa Sositheus orationem habuit, quae nobis inter demosthenicas quadragesima tertia tradita est.

Jam ad quaestionem propositam accedam. Primum autem de testimoniis, deinde de legibus, denique de oraculo, quae huic orationi inserta sunt, agam.

Caput I.

De testimoniis.

§ 6. Exstant in oratione testimoniorum formulae duodecim, de quibus egit Westermannus in Abhandlungen der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften Bd. II, philol. hist. Classe Bd. I pag. 90 sqq. omnesque haud genuinas judicavit. Duobus quantum ego video modis formulae supponi potuerunt aut a viro docto in usum scholarum, quo melius discipuli orationem intelligerent aut a falsario eo consilio, ut, qui eas legerent, genuinas aestimarent. Quod prius nominavi in haec testimonia non quadrat. Nam praeceptor ille certe non quinque testes, qui omnes fere idem testificantur, introduxisset, ut fit § 35 sqq. et 42 sqq., sed uno vel duobus contentus fuisset, neque aliud quidquam testimoniis inseruisset, nisi quod dilucide verbis oratoris postularetur. Genuinae autem rursus duobus modis formulae esse possunt. Aut enim ab illo, qui primus edidit orationem et illas certo habuit (cf. § 2), aut postea a viro docto, qui illas in tabulario publico invenit, addi potuerunt. Sed cum testimonia et alia litis instrumenta, etsi in tabulario aliquo per aliquot annos servabantur, praecipue, ut lites ψευδομαρτυριῶν institui possent, tamen illo iam tempore non exstarent, cum viri docti in ejusmodi res inquirere inciperent (cf. Droysen in Zeitschrift für



Buselos

Hagnias I — Eubulides I — Stratios I — Habro — Cleocritos

Filia

Polemo (Soror Stratii II) (Alter maritus) — Phylomache I — Philagros — Callistratos (Habronis neptis) — Phanostratos — Charidemos — (Apolexis)

Hagnias II — Filia — Glauco — Glaucos — Eubulides II — Sosiae uxor — Stratios II — Polemonis uxor — Stratocles — Theopompos — Filia, Chaireleos, Macartatos I — Uxor Callistrati

Filia adopt. — Filia adopt. Hagniae II — Eubulides III fil. adopt. — Phylomache II — Sositheos — Filius — Liberi — Filius. Quattuor filiae — Macartatos II, fil. adopt. Macartati I, cui postea in familiam patris reversus instituit filium suum — Fil. adopt. Macartos II et III

Sosias, Eubulid. III (fil. adopt. Eubul. II), Menestheus, Callistratos, Filia — Filius

Macartatum III

die Alterthumsw. 1839 pag. 539 et 1845 pag. 14), jam nobis statuendum est aut a falsario aut ab eo, qui primus edidit orationem, testimonia inserta esse.

§ 7. Pauca addo, quae attinent ad omnia in oratione in Macartatum testimonia.

Westermannus l. c. pag. 63 testimonium affert, quod reperitur in Demosthenis orat. in Cononem § 31, cujus verba sunt haec: *Διότιμος Διοτίμου Ἰκαριεύς, Ἀρχεβιάδης Δημοτέλους Ἁλαιεύς, Χαιρέτιμος Χαριμένους Πιθεὺς μαρτυροῦσιν ἀπιέναι ἀπὸ δείπνου μετὰ Κόνωνος, καὶ προςελθεῖν ἐν ἀγορᾷ μαχομένοις Ἀρίστωνι καὶ τῷ υἱεῖ τῷ Κόνωνος καὶ μὴ πατάξαι Κόνωνα Ἀρίστωνα,* recteque vir doctus censet hanc esse veram testimoniorum formam, quomodo in judicio Atheniensi a scriba publico recitata sint[1]). Non vero assentior Westermanno, si omnia testimonia, quorum forma non congruit cum illa, jam eam ob caussam pro suppositiciis habet. Nam ut eorum solum in orat. in Macartatum testimoniorum rationem habeam, nisi quod desunt in iis nomina omnium testium, habent formam desideratam. Falsarius autem, qui tantam in testimoniis componendis operam consumpsit, certo haud ignoravit, testimonia in judicio Atheniensi non recitata esse nominibus testium omissis, quod in nullo omnino judicio fieri potuit. Nihil prius attulisset quam nomina testium, quae sine ullo labore sibi parare potuit. Nam habuit in promptu Habronem et Cleocritum, quibus facile liberos et nepotes quot voluit, fingere potuit, habuit, si forte Isaeum inspexit, liberos Stratii II qui, quot fuerint certo nusquam perhibetur, et Stratoclis quinque. Mirum sane est, nomina testium excidisse, quod errore vel casu factum esse, nemo sibi persuadebit. Consilio aliquo commotus librarius aliquis aut ille, qui primus edidit orationem, nomina omisit, fortasse eo, quod credidit legentis non interesse nomina testium, sed id, quod testificarentur et quomodo hoc scire possent, comperire.

§ 8. Quod attinet ad quaestionem de eo, qui testimonia composuerit, recte Westermannus l. c. pag. 64 mihi statuisse videtur, ea ab eodem conscripta esse, qui orationem fecerit et nihil aliud testes affirmavisse, nisi quod ille voluerit. Attamen non credo, eam ob rem dictionem in testimoniis haud minus elegantem esse oportere, quam in ipsa oratione. In caussis enim privatis testes saepius homines ineruditos fuisse verisimile est. Si autem ille, qui testimonia composuit, quam maxime genus loquendi talium hominum retinuit, testimonia eo magis hac ipsa forma a testibus profecta videbantur eoque aptiora ad fidem faciendam erant.

Iam de singulis testimoniis, quae exstant in orat. in Macartatum, quaestionem instituamus.

§ 9. De testimonio § 31: *Μαρτυροῦσι παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος, ὅτε ἐνίκησε Φυλομάχη ἡ Εὐβουλίδου θυγάτηρ τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου τοὺς ἀμφισβητοῦντας αὐτῇ πάντας.*

---

[1]) Ratio enim testificandi erat haec: In *ἀνακρίσει* quae dicitur lis omnibus rebus ad probandum necessariis adornabatur omniaque litis instrumenta, quae e lege (in Stephanum A § 44 et B, § 6) scripta esse oportebat, in echinum conjiciebantur, qui clausus obsignatusque ab illo magistratu, qui praefuit *ἀνακρίσει*, asservabatur, donec eum in judicium afferret. Postquam hic capsula illa aperta est, scriba publicus, quamcumque voluit orator probationem, recitavit et qui in *ἀνακρίσει* testimonium dixerant, idem a scriba recitatum aut diserte aut tacite agnoscebant. cf. Meier & Schömann, der attische Process pag. 574 sqq. et 691 sqq., Schömann, antiquitates juris publici pag. 279 sqq. Idem, griech. Alterthümer Bd. I pag. 488.

Testes adfuisse apud diaetetam confitentur, cum Nicophemo archonte Phylomache, Eubulidis filia omnes, qui cum ea de hereditate Hagniae litigaverunt, superaret. Recte Westermannus l. c. pap. 90 et v. d. de Boor, über das attische Iutestat-Erbrecht, zunächst als Prolegomena zu der Rede des Demosthenes gegen Macartatus pag. 147 hoc testimonium ei repugnare, quod in ipsa oratione narretur, monent. Nam e §§ 4 et 6 elucet, Phylomachen non apud diaetetam, sed apud heliastas caussam obtinuisse. Quam ob rem Westermannus testimonium illud a falsario suppositum esse censet. Cum tamen nemo non concedat, falsarium illum, qui e sententia Westermanni testimonium composuit, orationem ipsam legisse, certo admirationis non nihil habet, cur caussam Phylomaches apud diaetetam factam esse finxerit. Accedit, quod saepissime ejusmodi caussae, priusquam heliastis dijudicandae tradebantur, ad diaetetam deferebantur, cujus a judicio uterque litigans ad heliastas provocare potuit [1]). Non igitur Westermanni sententiam probo, sed alio modo difficultatem removere studebo. Mea enim sententia testimonium, quo Phylomachen etiam apud heliastas judicio vicisse, judices certiores facti sunt, aliquo tempore errore librarii intercidit, quod eo facilius fieri potuit, si, ut est in testimoniis §§ 36 et 37, §§ 44 et 45, exitus testimonii omissi idem fuit atque antecedentis. Illud autem testimonium nobis servatum ideo tantum orator addidit, ut qui est mos ejus, omnia, quae aliquo modo cum caussa agenda cohaererent, afferret. Huic meae sententiae obstarent sane verba antecedentia *ἀναγίγνωσκε τὴν μαρτυρίαν,* nisi haec, quamquam omnibus codicibus defenduntur, tamen corrupta et corrigenda, etsi sententiam meam probare nolis, apparerent. Tum demum hoc modo, quo exstant ea parata esse censeo, cum jam alterum testimonium, quod sequebatur, interciderat. Dicit enim orator § 31 *βούλομαι οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ ὧν εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, μαρτυρίας παρασχέσθαι, πρῶτον μὲν ὡς ἐνίκησε Φυλομάχη, γένει οὖσα ἐγγυτάτω, ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων·* tum sequitur *ἀναγίγνωσκε τὴν μαρτυρίαν.* Quodnam testimonium, quis non quaesiverit. Si enim, postquam de pluribus testimoniis, quorum argumenta breviter descripsit, locutus est, unum tantum ex iis scribam legere voluisset, certo ei *ταύτην τὴν μαρτυρίαν* dicendum et ad unum illud testimonium digitus fortasse intendendus aut, id quod praefero, quia in meam sententiam quadrat, *τὰς μαρτυρίας* ponendum fuit. Si hoc scribimus, omnia bene procedunt. Postquam scriba testimonia de victoria Phylomaches et apud diaetetam et apud heliastas recitavit, orator eum interpellat [2]) et paucis complectitur, quae antea dixerat et testimoniis probaverat. Tum iterum se convertit ad scribam et petit ab eo, ut testimonia, quae sequuntur, legat. Comperimus autem testimonio nobis in § 31 servato caussam de Hagniae hereditate, priusquam ad heliastas deferebatur, apud diaetetam institutam esse, quod jam ab Eubulide patre Phylomaches, qui tamen ante rem dijudicatam mortuus est, factum esse testimonia inde a § 43 usque ad § 45 docent [3]). Quod autem attinet ad annum, quo haec oratio habita sit, quem e testimonio § 31 viri docti de Boor l. c. pag. 139 sqq. Blass,

[1]) cf. M. H. Hudtwalcker, über die Diaeteten in Athen, Jena 1812, pag. 33 sqq.

[2]) Idem fit § 50. Exstat *τούτους ἀναγνώσεται ὑμῖν τοὺς νόμους.* Postquam scriba unam tantum legem legit, orator eum interpellat.

[3]) Quod senserit Hudtwalcker l. c. pag. 121 annot., non satis intellego.

Beredsamkeit II pag. 531 et III, 1, pag. 491, Schömann ad Isae. pag. 452 collegerunt, hic sine dubio pro certo statui non potest. Assentior tamen Friderico Blass, qui maxima ex parte Carolum de Boor secutus caussam in Macartatum anno trecentesimo quadragesimo primo vel altero actam esse censet.

§ 10. Jam transeo ad quinque quae sequuntur testimonia inde a § 35.

I. *Μαρτυροῦσι δημόται εἶναι Φιλάγρῳ τῷ Εὐβουλίδου πατρὶ καὶ Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ εἰδέναι Φυλομάχην τὴν μητέρα τὴν Εὐβουλίδου νομιζομένην ἀδελφὴν εἶναι Πολέμωνος τοῦ πατρὸς τοῦ Ἁγνίου ὁμοπατρίαν καὶ ὁμομητρίαν καὶ μηδενὸς πώποτ᾽ ἀκοῦσαι ὡς γένοιτο ἀδεδφὸς Πολέμωνι τῷ Ἁγνίου.*

II (§ 36.) *Μαρτυροῦσιν Οἰνάνθην, τὴν μητέρα τοῦ πάππου τοῦ ἑαυτῶν Στρατωνίδου, ἀνεψιὰν εἶναι ἐκ πατραδέλφων Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ ἀκούειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτῶν ὅτι Πολέμωνι ἀδελφὸς οὐδεὶς γένοιτο πώποτε, τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου, ἀδελφὴ δὲ Φυλομάχη ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία, ἡ μήτηρ ἡ Εὐβουλίδου τοῦ πατρὸς τῆς Φυδυμάχης τῆς Σωσιθέου γυναικός.*

III. *Μαρτυρεῖ συγγενὴς εἶναι καὶ φράτηρ καὶ δημότης Ἁγνίᾳ καὶ Εὐβουλίδῃ καὶ ἀκούειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν ὅτι ἀδελφὸς οὐδεὶς ἐγένετο τῷ Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου, ἀδελφὴ δ᾽ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία Φυλομάχη ἡ μήτηρ ἡ Εὐβουλίδου τοῦ πατρὸς Φυλομάχης τῆς Σωσιθέου γυναικός.*

IV (§ 37). *Μαρτυρεῖ πάππον εἶναι ἑαυτοῦ Ἀρχίλοχον καὶ ποιήσασθαι ἑαυτὸν υἱόν, καὶ εἶναι αὐτὸν συγγενῆ Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου, καὶ ἀκούειν Ἀρχιλόχου καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν ὅτι ἀδελφὸς οὐδεὶς πώποτ᾽ ἐγένετο Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου, ἀδελφὴ δ᾽ ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία Φυλομάχη ἡ μήτηρ ἡ Εὐβουλίδου τοῦ πατρὸς τῆς Φυλομάχης τῆς Σωσιθέου γυναικός.*

V. *Μαρτυρεῖ τὸν πατέρα τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Καλλίστρατον ἀνεψιὸν εἶναι ἐκ πατραδέλφων Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ Χαριδήμῳ τῷ πατρὶ τῷ Θεοπόμπου, τὴν δὲ μητέρα τὴν ἑαυτοῦ ἀνεψιοῦ παῖδα εἶναι Πολέμωνι, καὶ λέγειν τὴν μητέρα τὴν αὐτῶν πρὸς αὐτοὺς πολλάκις ὅτι Φυλομάχη ἡ μήτηρ ἡ Εὐβουλίδου ἀδελφὴ ἦν Πολέμωνος τοῦ πατρός τοῦ Ἁγνίου ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία, καὶ ὅτι ἀδελφὸς οὐδεὶς πώποτε γένοιτο Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου.*

Omnia Phylomachen sororem Polemonis eodem patre eademque matre natam fuisse testificantur, quomodo verba oratoris quae antecedunt *ἀναγίγνωσκε τὰς μαρτυρίας τὰς ὑπολοίπους πρῶτον μὲν ὅτι ἡ Φυλομάχη ἡ τοῦ Ἁγνίου τηθὶς ἀδελφὴ ἦν ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία τῷ Πολέμωνι τῷ Ἁγνίου πατρί* postulant. Praeterea autem testes addunt, se audivisse fratrem Polemonis nunquam exstitisse. Cur hoc addunt? In oratione quidem fratris Polemonis mentio omnino non fit. Qua re commotus Westermannus l. c. pag. 101 sqq. etiam haec testimonia genuina esse negat conjicitque falsarium qui illa composuerit verbis oratoris in § 29 *Θεόπομπος δ᾽ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου οὐκ ὢν τοῦ οἴκου τοῦ Ἁγνίου, ἐψεύσατο πρὸς τοὺς δικαστὰς ὑπερμέγεθες ψεῦδος περί τε τῆς Φυλομάχης τῆς τοῦ Πολέμωνος ἀδελφῆς τηθίδος δ᾽ Ἁγνίου, ὅτι οὐκ ἦν τῷ Πολέμωνι τῷ τοῦ Ἁγνίου υἱεῖ ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία ἀδελφή, καὶ πάλιν προσποιούμενος τοῦ αὐτοῦ οἴκου εἶναι Ἁγνίᾳ ὁ οὐδεπώποτε γενόμενος,* ut fratrem Polemonis fingeret, commotum esse. Attamen haec oratoris verba efficere potuisse, ut falsarius ille in sententiam incideret, Theopompum fratre

Polemonis supposito probare studuisse, se esse ex Hagniae familia vix crediderim. Ille si Isaei orat. XI inspexerat, multo facilius opinari potuit, quod Westermannus quoque concedit, haec verba ad affinitatis conjunctionem Theopompi cum sorore Stratii, Polemonis uxore spectare. Etiamsi in eo, quod nulla Polemonis fratris in oratione mentio fit, offendamus, tamen non mirabilius est, quam quod Eupolemus, qui in § 7 nominatur, non cognoscimus quomodo fuerit *ἐπιτήδειος*. Fuit res minoris momenti, in qua orator tempus dicendi clepsydra [1]) illa angustis jam finibus circumscriptum (cf. § 8 sq.) consumere noluit. Suffecerunt etiam testimonia fidei Macartato abrogandae, si eodem fortasse, quo pater mendacio uti vellet. Orator ergo animos judicum praeoccupare voluisse videtur. Licet verba in § 29 referamus ad id, quod in testimoniis de fratre Polemonis exstat, neque tamen hanc ob rem testimonia secundum haec verba a falsario composita haberi debent. Qua affinitate Theopompus cum fratre Polemonis conjunctus esse voluerit, utrum patrem suum filium ejus, an se ipsum filium ejus non legitimo matrimonio natum fecerit, affirmare non possumus. Nonnulla mihi addenda sunt de singulis testimoniis. Primi testes tribules Philagri et Polemonis exsistunt, qui cum de Hagniae I familia non tam accuratam quam propinqui notitiam habere possint, profitentur tantum habitam quidem esse Phylomachen sororem Polemonis (*νομιζομένην*). — Testium, qui sequuntur, proavia Polemoni patruelis fuit. Videtur igitur, cum Eubulidis I et Stratii I liberos, quorum in numero mulier illa non est, Isaei et [Demosthenis] orationibus omnes nos cognovisse statuere liceat, filia Habronis vel Cleocriti fuisse. Stemma ergo testium hoc est:

Habron vel Cleocritus
|
Oenanthe
|
Stratonides [2])
|
pater testium
|
testes.

Testis tertius se *συγγενῆ* Hagniae et Eubulidi nominans, quomodo affinis illis sit, non addit, quod Westermannus pro vestigio falsarii habet; dicit enim l. c. pag. 100 der Verfasser versteckt sich, wo er den genealogischen Faden nicht anzuknüpfen weiss, hinter den vagen Ausdruck *συγγενής*. Tamen nec falsario difficile fuit patrem vel avum testis aliquo nomine fingere et hunc patruelem Polemoni facere, nec judicum multum interfuit, utrum testis se *συγγενῆ* an *ἀνεψιοῦ παῖδα Πολέμωνι* appellaret. Quod attinet ad *ἑαυτῶν*, quod in testimonio hujus § et in altero § 37 et illo § 45 testis dicit pro *ἑαυτοῦ* se simulque suos fratres et sorores intellegens, retulerim hoc ad id, quod § 8 dixi. — Testis, qui sequitur, se filium adoptivum Archilochi cujusdam Polemoni propinqui nominat. Conjecturam Dobraei qui pro *Ἀρχίλοχον* et infra *Ἀρχιλόχου* scribere

[1]) Testimonia contra cum recitarentur illam cohibitam esse satis notum est.
[2]) Errore v. d. de Boor l. c. pag. 148 nomen filii Oenanthes omittit.

voluit *Ἀρχίμαχον* et *Ἀρχιμάχου*, ut sit homo idem, qui in § 45 commemoratur, Westermannus l. c. pag. 99 jure refutavit. — Testis quintus maritus filiae Callistrati, filii Eubulidis I et filius mulieris est, quae neptis Habronis vel Cleocriti fuisse videtur. Stemma ergo testis hoc fortasse est:

B u s e l o s

Eubulides I	Habron vel Cleocritus
|	|
Callistratos	filius
	|
uxor Sosiae, uxor testis.	mater testis
	|
	testis.

§ 11. Hoc loco mihi agendum est de testimonio, quod in codicibus atque in nostris editionibus § 46 reperitur:

Μαρτυρεῖ τὸν πατέρα τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς Καλλίστρατον ἀδελφὸν εἶναι Εὐκτήμονι τῷ βασιλεύσαντι καὶ Φιλάγρῳ τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου, ἀνεψιοὺς δ'εἶναι τούτους Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ Χαριδήμῳ τῷ πατρὶ τῷ Θεοπόμπου, καὶ ἀκούειν τῆς μητρὸς τῆς ἑαυτοῦ ὅτι ἀδελφὸς οὐ γένοιτο Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου, ἀδελφὴ δὲ γένοιτο ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία Φυλομάχη καὶ ταύτην λάβοι τὴν Φυλομάχην Φίλαγρος, καὶ γένοιτο ἐξ αὐτῶν Εὐβουλίδης ὁ πατὴρ ὁ Φυλομάχης τῆς Σωσιθέου γυναικός.

Nam testis affirmat se ex matre sua audivisse Phylomachen sororem Polemonis esse et fratrem hujus non exstitisse. Quod cum plane congruat cum eo quod testes § 35 — § 37 profitentur, valde discrepat a testimoniis § 42 — § 45. Accedit, quod exitus testimonii hujus idem est ac testimoniorum § 36 et § 37, 1. Itaque testimonium ante § 38 ponendum est. Caussas autem quaerenti, e quibus testimonium in loco, quo in codicibus legitur, positum sit, duae quantum video afferri possunt. Fortasse ille, qui testimonii locum transmutavit, id studuit, ut quinque testimonia inde a § 35 et quinque rursus inde a § 42 legerentur. Praeterea nomen Euctemonis, quod non reperitur, nisi in testimoniis § 42 sqq. effecisse videtur, ut illis hoc testimonium adjiceretur. Sed has caussas nihil valere quisque intelleget. Quod attinet ad affinitatis conjunctionem testis cum gente Buseli filius est filiae Callistrati. Itaque, nisi forte Callistrato praeter uxorem Sosiae duas fuisse filias statuere praefers, testis filius viri illius, qui testimonium nunc quidem antecedens dicit, existimandus est, quae res ad ordinem testimoniorum, quam ego proposui, fortasse alicujus momenti est.

§ 12. Progredior ad quattuor testimonia, quae sequuntur inde a § 42.

I. *Μαρτυρεῖ συγγενὴς εἶναι Πολέμωνι τῷ Ἁγνίου πατρί, καὶ ἀκούειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτοῦ ἀνεψιοὺς εἶναι ἐκ πατραδέλφων Πολέμωνι Φίλαγρόν τε τὸν Εὐβουλίδου πατέρα καὶ Φανοστράτην τὴν Στρατίου θυγατέρα καὶ Καλλίστρατον τὸν πατέρα τῆς Σωσιθέου γυναικὸς καὶ Εὐκτήμονα τὸν βασιλεύσαντα καὶ Χαρίδημον τὸν πατέρα τὸν Θεοπόμπου καὶ Στρατοκλέους, καὶ εἶναι τοῖς τούτων υἱέσι καὶ Ἁγνίᾳ ἐν τῷ αὐτῷ γένει Εὐβουλίδην κατὰ τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ Φίλαγρον,*

κατὰ δὲ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ Φυλομάχην νομιζόμενον ἀνεψιὸν εἶναι Εὐβουλίδην Ἁγνίᾳ πρὸς πατρὸς ἐκ τηθίδος γεγονότα Ἁγνίᾳ τῆς πρὸς πατρός.

II (§ 43). *Μαρτυροῦσι συγγενεῖς εἶναι Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ Φιλάγρῳ τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου καὶ Εὐκτήμονι τῷ βασιλεύσαντι καὶ εἰδέναι Εὐκτήμονα ἀδελφὸν ὄντα ὁμοπάτριον Φιλάγρῳ τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου· καὶ ὁπότε ἡ ἐπιδικασία ἦν τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου Εὐβουλίδῃ πρὸς Γλαύκωνα, ἔτι ζῆν Εὐκτήμονα, ἐκ πατραδέλφων ἀνεψιὸν ὄντα Πολέμωνι τῷ πατρὶ Ἁγνίου, καὶ μὴ ἀμφισβητῆσαι Εὐκτήμονα Εὐβουλίδῃ τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, μηδ' ἄλλον μηδένα κατὰ γένος τότε.*

III (§ 44). *Μαρτυροῦσι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτῶν Στράτωνα συγγενῆ εἶναι Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ Χαριδήμῳ τῷ πατρὶ τῷ Θεοπόμπου καὶ Φιλάγρῳ τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου, καὶ ἀκούειν τοῦ ἑαυτῶν πατρὸς ὅτι Φίλαγρος λάβοι γυναῖκα πρώτην μὲν Φυλομάχην ἀδελφὴν Πολέμωνος τοῦ πατρὸς τοῦ Ἁγνίου ὁμοπατρίαν καὶ ὁμομητρίαν, καὶ γενέσθαι Φιλάγρῳ ἐκ μὲν τῆς Φυλομάχης Εὐβουλίδην, ἀποθανούσης δὲ Φυλομάχης ἑτέραν λαβεῖν γυναῖκα Φίλαγρον Τελεσίππην καὶ γενέσθαι ὁμοπάτριον μὲν ἀδελφὸν Εὐβουλίδῃ Μενεσθέα, ὁμομήτριον δὲ μή· καὶ Εὐβουλίδου ἀμφισβητήσαντος τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου κατὰ γένος Μενεσθέα μὴ ἀμφισβητῆσαι τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, μηδ' Εὐκτήμονα τὸν ἀδελφὸν τὸν Φιλάγρου, μηδ' ἄλλον μηδένα κατὰ γένος πρὸς Εὐβουλίδην τότε.*

IV (§ 45). *Μαρτυρεῖ τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ Ἀρχίμαχον συγγενῆ εἶναι Πολέμωνι τῷ πατρὶ τῷ Ἁγνίου καὶ Χαριδήμῳ τῷ πατρὶ τῷ Θεοπόμπου καὶ Φιλάγρῳ τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου, καὶ ἀκούειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτῶν ὅτι Φίλαγρος λάβοι γυναῖκα πρώτην μὲν Φυλομάχην ἀδελφὴν Πολέμωνος τοῦ πατρὸς τοῦ Ἁγνίου ὁμοπατρίαν καὶ ὁμομητρίαν, καὶ γενέσθαι ἐκ μὲν Φυλομάχης Εὐβουλίδην, ἀποθανούσης δὲ Φυλομάχης ἑτέραν λαβεῖν γυναῖκα Φίλαγρον Τελεσίππην καὶ γενέσθαι Φιλάγρῳ ἐκ Τελεσίππης Μενεσθέα, ὁμοπάτριον μὲν ἀδελφὸν Εὐβουλίδῃ, ὁμομήτριον δὲ μή· ἀμφισβητήσαντος δὲ Εὐβουλίδου τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου κατὰ γένος Μενεσθέα μὴ ἀμφισβητῆσαι τοῦ κλήρου μηδ' Εὐκτήμονα τὸν ἀδελφὸν Φιλάγρου μηδ' ἄλλον μηδένα κατὰ γένος πρὸς Εὐβουλίδην τότε.*

Primum de eis, quae apud ipsum oratorem his testimoniis probatum iri expectemus, mihi disputandum est. Non enim Westermanno assentior, qui dicit hac de re l. c. pag. 103 Alle übrigen Aussagen spart der Redner dagegen für eine andere Stelle auf und zu dieser gehört ganz offenbar auch die über die wahre Abstammung des Theopompos, die man freilich weiter unten unter den Zeugnissen der zweiten Reihe vergebens sucht. Doch sucht man auch anderes dort vergebens, wenn, wie es wenigstens den Anschein hat, der Inhalt der weiteren Aussagen vom Redner § 40 so angegeben wird: *τούτῳ δ' ὁ βουλόμενος μαρτυρησάτω ἢ ὡς οὐκ ἦσαν ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι Πολέμων καὶ Φυλομάχη, ἢ ὅτι οὐκ ἦν ὁ μὲν Πολέμων υἱός, ἡ δὲ Φυλομάχη θυγάτηρ Ἁγνίου τοῦ Βουσέλου υἱέος, ἢ ὅτι ὁ Πολέμων οὐκ ἦν πατὴρ Ἁγνίου, οὗ ἐστιν ὁ κλῆρος, οὐδ' ἡ ἀδελφὴ ἡ Πολέμωνος Φυλομάχη τηθίς, ἢ ὡς ὁ Εὐβουλίδης οὐκ ἦν Φυλομάχης υἱὸς οὐδὲ Φιλάγρου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Ἁγνίου, ἢ ἐκεῖνο ὅτι Εὐβουλίδου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Ἁγνίου οὐκ ἔστι Φυλομάχη θυγάτηρ ἡ νῦν ἔτι οὖσα οὐδ' υἱὸς οὑτοσὶ ὁ παῖς εἰςπεποιημένος κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ὑμετέρους εἰς τὸν Εὐβουλίδου οἶκον, ἢ ὡς ὁ Θεόπομπος ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου ἐκ τοῦ οἴκου ἦν τοῦ Ἁγνίου· τούτων ὅ,τι βούλεταί τις μαρτυρησάτω αὐτῷ.* Primum igitur Westermannus oratorem testimonia de Theopompo, quo patre natus sit, afferre oportuisse, credit. Sed Theopompum filium Charidemi haberi constabat. Mendacium, quod hac de re in priore judicio Theopompus finxerat, orator eo, quod in testimoniis antecedentibus de fratre Polemonis addidit, refellisse videtur. Si autem Macartatus novum mendacium de patre suo aut avo dicere voluit, hoc orator nondum testimoniis redarguere potuit. Deinde ne ea quidem quae § 40 et 41 enumerantur testimoniis probari exspectare licet. Nam verbis *τούτῳ δ' ὁ βουλόμενος μαρτυρησάτω ἢ ὡς* et in fine *τούτων ὅ,τι βούλεταί τις μαρτυρησάτω αὐτῷ* orator adversario ea, quae in his §§ dicit, refutanda permittit. Quid autem orator testimoniis confirmare voluerit, ex illis tantum verbis obscuris § 42 *ὡς δὲ καταφανὲς ὑμῖν ἔσται, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι τὸ πρότερον ἀναισχυντοῦντες περιεγένοντο, δίκαιον δ' οὐδὲν ἔλεγον, ἀναγίγνωσκε τὰς μαρτυρίας, ὅσαι εἰσὶν ἔτι ὑπόλοιποι* colligere possumus, quorum sententia haec mihi videtur esse: Antea Theopompus et ejus socii vicerunt quidem; non autem jure hereditatem petiverunt, sed impudenter mentientes judices fefellerunt. Testimonia autem sequentia affirmant tum, cum Eubulides II contra Glauconem (et Glaucum) litem de Hagniae II hereditate instituit, neminem eorum cognatorum, qui non solum eodem quo Theopompus, sed etiam artiore gradu Hagniam contigerunt, cum Eubulide II de hereditate litigavisse. Congruuntne igitur testimonia cum eo, quod verba oratoris quae antecedunt postulare videntur? Sane congruunt. Nam si omnes et eodem quo Theopompus et artiore gradu Hagniae cognati cum Eubulide de hereditate illa non certaverunt concesseruntque igitur Eubulidem artiore gradu Hagniam quam ipsos contingere, postea tamen Theopompus hereditatem petere ausus est obtinuitque caussam, hoc mendaciis et impudentia effectum esse manifestum est. — Accedo ad singula testimonia.

Testis primus se *συγγενῆ* Polemoni nominat, quam ob rem Westermannus l. c. pag. 94 eum marito alteri uxoris Polemonis propinquum fuisse censet, quia hominem alio modo Polemoni affinem hujus patruelibus quoque agnatum esse oportuisset. Sed non crediderim rem ita se habere necesse esse. Polemonem solum testis commemorat, quia propinquitas cum eo, quippe qui fuisset pater illius, de cujus hereditate agebatur, maxime valebat. Etiam testes § 36, 1 proaviam suam *ἀνεψιὰν ἐκ πατραδέλφων* soli Polemoni vocant, quamquam hanc ipsam ob rem aliis quoque Buseli nepotibus eam patruelem fuisse apparet. — In omnibus codicibus, qui testimonia tradiderunt, exstat *Καλλίστρατον τὸν πατέρα τῆς Σωσιθέου γυναικός,* quod, cum multis orationis locis uxorem Sosithei Eubulidis filiam fuisse constet, nullo modo recte se habere potest. Dubitari autem potest, utrum pro *Σωσιθέου Σωσίου,* an pro *γυναικός μητρός* scribendum sit. Equidem praetulerim *γυναικός* in *μητρός* mutare propter caussas, quas vv. dd. de Boor l. c. pag. 148 et Westermannus l. c. pag. 95 protulerunt.

Iam procedo ad maximam, quae inest in testimoniis, difficultatem, in qua viri docti maxime haesitaverunt, et quae praecipue Westermannum commovit, ut testimonia supposita putaret, quaestionem dico, utrum *Φανοστράτην,* an *Φανόστρατον* scribendum sit. Primus hanc quaestionem

movit Schoemannus ad Isaeum pag. 448 annot. II. Affero, quae scripsit hac de re: „Stratium II non fuisse fratrem Theopompi satis manifestum est ex eo, quod hic Hagniae matrem, Stratii sororem, non suam ipsumque Stratium mulieris illius fratrem non suum vocat (Isae. XI, 8; 17; 20). Eodem tamen Stratium atque Theopompum cognationis gradu Hagniam attigisse apparet, ut essent inter se *ἀνεψιαδοῖ*. Vid. § 8. Igitur Stratii quoque patrem Hagniae patris, Polemonis, *ἀνεψιόν* fuisse oportet: filium itaque unius ex quinque Buseli filiis. Iam vero neque Hagniae majoris neque Eubulidis majoris filium eum fuisse constat: sed ne Habronis quidem aut Cleocriti filium fuisse ostendit locus Demosthenis ctr. Macart. § 20, ubi is, qui orationem habet . . . ., neminem ex illorum posteris de Hagniae hereditate controversiam movisse Eubulidis stirpi testatur. Restat igitur, ut Stratii filius fuerit . . . . Atqui hujus unus tantum filius fuisse dicitur apud Demosth. l. l. § 22, Charidemus et filia una, Phanostrata. Quid igitur? hujus ne Phanostratae filium fuisse dicamus Stratium nostrum secundum. Fuerit sane etiam sic Hagniae *ἀνεψιαδοῦς*, verum a matre, non a patre, ut Stratocles et Theopompus: neque igitur una cum his hereditatem Hagniae petere potuit secundum legem, quae jubet e cognatis ejusdem gradus *κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων*. At enim Phanostrata illa in Phanostratum mutari, ex muliere vir fieri debet optimi codicis Augustani primi [et r] auctoritate, in quo locus ille quem modo laudavimus ita scriptus est *τοῦ δὲ Στρατίου* (Stratii primi) *ἐγένοντο τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἁγνίου* (Hagniae primi) *Φανόστρατος καὶ Χαρίδημος*. Ita omnia plana fiunt.“ — Facere non possum quin assentiar viro docto et repudiem Caroli de Boor sententiam, qui l. c. pag. 62—64, quamquam Sositheus hoc aperte et distincte negat, tamen Habronis vel Cleocriti filium, quem facit Stratium II hereditatem petivisse probare studet [1]). Nec minus Westermanni sententiam impugno, qui hoc vitio apparere censet illum, qui testimonium composuerit, codicem habuisse, in quo jam errore exstitisset in § 22 *Φανοστράτη*. Mihi multo verisimilius videtur esse vitium illud in testimonio fuisse, antequam in ipsam orationem incidit. Nam in codicibus illis Aug. I et r (Bekkeri), quamquam praebent in § 22 *Φανόστρατος*, tamen in testimonio § 42 legitur *Φανοστράτη*. Quod nolim tu ita explices, ut librarios, qui scripsissent illos codices, testimonia ex alio codice adscripsisse censeas; nam si quis tantam Demosthenis orationibus operam dabat tantopereque studebat, ut essent integrae, non potuit non discrepantiam quoque illam inter verba orationis et testimonii animadvertere et aliquo modo tollere conari. Equidem statuere praetulerim etiam in archetypo eorum codicum, qui, quamquam testimonia non exhibent, tamen „*Φανοστράτη*“ praebent, testimonia exstitisse et tum demum a librario aliquo ut rem minoris momenti omissa esse, cum jam vitium illud e testimonio in § 22 orationis venisset. Mea ergo sententia *Φανοστράτην τὴν Στρατίου θυγατέρα* librarii alicujus incuria ortum est e *Φανόστρατον τὸν Στρατίου πατέρα*. Primum e *πατέρα* mendose factum est *θυγατέρα*, cujus affinitatis nominum confusionis creberrimae unum exemplum jam attuli aliaque invenies apud v. d. de Boor l. c. pag. 146. Deinde pro *Φανόστρατον τὴν Στρατίου θυγατέρα*

[1]) K. Fr. Hermann in Zeitschrift für die Alterthumsw. 1840 pag. 30 et Steigertahl in Neue Jahrbücher Bd. VII pag. 382 improbant quidem conjecturam Schoemanni, neque tamen aliam difficultatis removendae rationem afferre possunt.

scriptum est *Φανοστράτην τὴν Στρατίου θυγατέρα*. cf. Blass attisch. Bereds. II pag. 531 annot. II. Accedit alia res, quae conjecturae, quam protuli, favet. Testis enim § 42 cum nepotes enumeret nullam Buseli neptem praeter *Φανοστράτην* nominat neque *Φυλομάχην* neque Habronis filiam neque *Οἰνάνθην* (§ 36, 1). Quam ob rem solam *Φανοστράτην* commemoraverit, intellegi non potest. — Atqui in hoc ipso testimonio grave inest argumentum, quo testimonia genuina esse probatur. Mirari enim licet, quod nemo eorum hominum testis in hac oratione producitur, quos exstitisse Isaei oratione comperimus velut Stratoclis et Stratii II liberos. Quam ob rem Westermannus falsarium, quem testimonia composuisse putat orationem Isaei non legisse quodammodo concedit [1]). Sed in hoc testimonio Stratocles nominatur recteque, quod ex Isaei oratione scimus, filius Charidemi fraterque Theopompi vocatur, quamquam in oratione in Macart. Stratoclis mentio non fit. Unde igitur accepit falsarius nomen Stratoclis ejusque affinitatis conjunctionem cum gente Buseli? Ex Isaeo hoc unum nomen sumpsisse, alios autem homines, quos ille commemorat, falsarium neglexisse a veritate abhorrere videtur. Alium fontem, e quo haurire potuerit, ignoramus. Nihil igitur reliquum est, nisi ut testimonium genuinum existimemus. Quod multum etiam ad alia testimonia valere, quis non intellegat? Ceterum testis primus nihil facit, nisi quod gentem Buselidarum usque ad quartum gradum enumerat et hoc modo demonstrat Eubulidem II meliore cognationis jure cum Hagnia conjunctum esse quam Theopompum. — In secundo testimonio pro *προςκλαίουσα* scribendum est *πρὸς Γλαύκωνα* emendatione certissima et evidentissima Schoemanni ad Isaeum pag. 450 annot. II. Litem contra Glauconem jam ab Eubulide II institutam esse, quod ex hoc et sequentibus testimoniis apparet, cur in dubitationem vocemus, etsi oratoris verbis non affirmatur, nulla est caussa. Omnia haec testimonia Euctemonem, qui *ἄρχων βασιλεύς* fuerat nominant; secundus autem testis, qui eum *ἀδελφὸν ὁμοπάτριον Φιλάγρῳ* vocat, filium eum fuisse Eubulidis I ex altera uxore natum nos docet. Testes reliqui, qui e gente Habronis vel Cleocriti fuisse videntur nihil novi afferunt, nisi quod Philagrus Philomache I mortua Telesippen in matrimonium duxerit, ex eaque natus sit Menestheus, quem orator in § 74 *οἰκεῖον Φυλομάχης* nominat.

§ 13. Transeo ad extremum hujus orationis testimonium. Exstat in § 70:

Μαρτυροῦσιν ἀκολουθῆσαι Ἀραφῆνάδε παρακληθέντες ὑπὸ Σωσιθέου εἰς τοὺς Ἁγνίου ἀγροὺς, ἐπειδὴ Θεόπομπος ἐπεδικάσατο τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου καὶ ἐπιδεικνύναι αὐτοῖς Σωσίθεον τὰς ἐλάας πρεμνιζομένας ἐκ τοῦ Ἁγνίου ἀγροῦ.

Cui testimonio nihil inesse quo offendas, Westermannus quoque concedit. Testes affirmant se a Sositheo rogatos Araphenam in pagum Atheniensem venisse, ubi agri Hagniae essent, quos Theopompus judicio accepisset, et vidisse oleas in iis exstirpari.

§ 14. Ut jam sententiam meam de testimoniis paucis complectar ea, quamquam nonnullas exhibent, difficultates tamen genuina habenda esse censeo. Corruptelas autem magnam partem

[1]) Dicit l. c. pag. 100 da er (falsarius), wie es den Anschein hat, nicht einmal viel näher liegende Hülfsmittel für seinen Zweck benutzte und ausbeutete, wir meinen die oft erwähnte Rede des Isaeus über die Erbschaft des Hagnias.

inde ortas esse verisimile est, quod codices nonnulli meliores et praecipue codex Σ testimonia non praebent. Quod si re vera dissertatione mea probavi, non idcirco magni momenti est, quia hoc modo testimonia genuina servantur, quippe quae ad cognoscendam antiquitatem haud multum valeant, sed quia testimoniis servatis leges quoque, quae orationi insertae sunt easdem esse, quae in judicio recitatae sint, negari non potest. Namque cum jam, etiamsi testimonia falsarius supposuisset, tamen optime fieri potuerit, ut leges quidem genuinas ex ejusmodi legum corpore, qualia exstitisse nobis traditum est [1]) excerperet et orationi adderet, eo minus legum integritas veraque forma debet addubitari, cum etiam testimonia recte tradita nobis evaserint. In quaestione igitur de legibus nunc a me instituenda non tantopere studebo, ut leges esse genuinas probem, quam ut eas explicem et corruptelas, quae in iis videbuntur inesse, pro viribus emendem.

Caput II.

De legibus.

§ 15. Primum de ea lege agam, quae inscriptione quoque illa quam supra pag. 6 laudavi nobis tradita est. Exstat § 57:

Προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ, συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιοὺς καὶ ἀνεψιῶν παῖδας καὶ γαμβροὺς καὶ πενθεροὺς καὶ φράτερας· ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ ἢ ἀδελφὸς ἢ υἱεῖς, πάντας ἢ τὸν κωλύοντα κρατεῖν· ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς οἱ ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι, ἐσέσθων οἱ φράτερες, ἐὰν θέλωσι, δέκα· τούτους δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς ἀριστίνδην αἱρείσθων· καὶ οἱ πρότερον κτείναντες ἐν τῷδε τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων.

Inscriptio illa anno quadringentesimo nono vel octavo Diocle archonte eponymo facta est, quo Athenienses, ut initium inscriptionis docet, leges Dracontis de caede denuo perscribere decreverunt [2]). Egit hac de inscriptione praeter Koehlerum Philippi, der athenische Volksbeschluss v. 409/8 in Jahns Jahrbücher 1872 pag. 578 sqq. Lapis autem, qui inscriptionem exhibet, temporum iniquitate tantopere laesus est, ut nunquam viris doctis legem restituere contigisset, nisi ea etiam alio modo ad nos pervenisset. Praeter priorem enim inscriptionis partem cum formula illa congruentem posteriorem Demosthenis Aristocratea diversis locis, cum formulis insertis, tum verbis oratoris exhibet. Prior autem legis pars, quae ad nostram commentationem pertinet inscriptione tali modo tradita est:

[αἰδέσασθαι δ' ἐὰν μὲν πατὴρ] ᾖ ‖ ι ἢ ἀδελφὸ[ς] ἢ υἱεῖς, ἅπα[ντας] ἢ τὸ[ν κ]ω[λύοντα κρατεῖν . . . .] ν ‖ τοιοσ . . ε . ρα . [σ] φ . . οτ . τος κτα . . . . σ ‖ θαι ἐθέλωσ[ι] τὸν ὅ[ρκ]ον . . . . [ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτεί ‖] νῃ δὲ ἄκω[ν], γ[ν]ῶσ [ι δ]ὲ [οἱ πεν]τ[ήκοντα καὶ εἷς οἱ ἐφέται ἄκοντα] ‖ κτεῖναι, ἐσέσθ[ω]ν δὲ [οἱ φράτορες ἐὰν ἐθέλωσι δέκα· τούτους δ] ὲ [ο]ἱ πεντήκο[ν]τ [α καὶ] εἷς ἀρ[ι]σ[τίνδην αἱρείσθων· καὶ οἱ πρό]τε[ρ] ‖ ον κτεί[ν]α[ντες ἐν τ]ῷ[δε τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων. Προειπεῖν τῷ κ]τ ‖ τεί[ναντι ἐν ἀ]γορ[ᾷ ἐντ]ὸ[ς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ· συνδιώκει]ν ‖ δὲ [καὶ ἀνε]ψ[ιοὺς καὶ ἀνεψιῶν παῖδας καὶ γαμβροὺς καὶ πενθεροὺ]ς [κ] ‖ αὶ φ[ρά]τ[ο]ρ[ας.

———

[1]) cf. Sauppe in Verhandlungen der Philologenversammlung in Halle 1867 pag. 80.

[2]) Solonem Dracontis leges de caede retinuisse suisque legibus inseruisse constat.

Inscriptio et formula orationi inserta paucis inter se differunt. Primum verba προειπεῖν usque ad καὶ φράτερας, quae initio formulae leguntur, in inscriptione eis, quae de reconciliatione cum hominis interfecti cognatis praecipiuntur, postposita sunt. Quae commutatio, si ab ipso oratore profecta est, certo idcirco facta est, ut id, quod ad rem agendam maxime valeret, prius poneretur [1]), si autem a librario quodam, qui, quomodo formula in tabulis cum antecedentibus cohaesisset, ignoravit, eo consilio, ut id, quod in caussa agenda prius faciendum esset, in lege quoque prius legeretur. ἐὰν δὲ αἰδέσασδαι δέῃ quod omnes codices praebent, quia hoc modo in lacunam inscriptionis inseri nequit, in αἰδέσασθαι δὲ mutandum est. αἰδεσάσθων quod viri docti conjecerant inscriptione, quae codicum lectionem ἐσέσθων, quod est ,,immittant, reditum concedant", servat, refutatur. Pro τούτοις conjecturam Reiskii τούτους in legem recipere, cum inscriptio commendat, tum Philippi l. c. pag. 604 probat. In propinquis iis enumerandis, quibus συνδιώκειν praecipitur, in codicibus ordo confusus est. Certo lectio rei natura desiderata et litteris inscriptionis quae supersunt probata συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιοὺς καὶ ἀνεψιῶν παῖδας etc. in legem recipienda est. — Iam ad legis interpretationem progrediar. Lex agit de caede involuntarie commissa, cujus tribunal erat apud Palladium. Poena erat exilium (ἀπενιαντισμός) nescimus quot annorum (cf. Demosth. Aristocr. § 71 et 72, Hermann, Staatsalterth. § 104, Schöemann, griech. Alterth. I pag. 473). Initium hujus legis inscriptione tantum servatum ephetas in ejusmodi caussis judicare, praeesse autem judicio regem sacrorum jubet. In eo autem, quod inscriptione et formula orationi inserta traditum est, praecipitur, ut, si in gratiam cum interfectore redeundum sit, si pater superstes sit aut frater aut filii hominis interfecti omnes veniam dent aut ejus qui prohibeat valeat auctoritas. Si horum nemo sit, caedem autem invite factam esse illi quinquaginta unus ephetae judicaverint, decem phratores, quos quinquaginta unus e nobilissimis eligant, veniam dent, si velint. Lege autem etiam ei, qui prius caedem commiserint, teneantur. Agnatis igitur primi et secundi gradus et si ei non vivant phratoribus αἴδεσις defertur. Eorum autem cognatorum, qui non primo aut secundo gradu interfectum contingunt, ratio non habetur. Est quidem post verba ἢ τὸν κωλύοντα κρατεῖν in inscriptione lacuna duorum versuum, quae formulae verbis expleri non potest in eaque v. d. Philippi l. c. pag. 603 jussum fuisse censet, ut agnatis primi et secundi gradus non viventibus illi sequentium graduum usque ad ἀνεψιῶν παῖδας veniam darent et praeterea ut agnati jurarent se eo, quo dicerent gradu interfectum contingere. Primum autem tam multa duobus versibus exprimi potuisse vix crediderim; deinde si de cognatis usque ad consobrinorum filios aliquid adjectum fuisset, in ea parte, in qua de phratoribus agitur, exstare debuisset

———

[1]) Ordinem praeceptorum legis orator etiam in Aristocratea non servavit.

ἐὰν δὲ κ α ὶ τούτων etc., cujus *καὶ* nullum vestigium neque in codicibus neque in inscriptione invenimus. De jure jurando aliquid praeceptum fuisse e litteris inscriptionis quae supersunt *ΕΘΕΛΟΣ(ι) ΤΟΝ ΗΟ*[ρκ]*ΟΝ* apparere videtur. Sed utrum id, quod agnatos juravisse v. d. Philippi vult rectum sit, an sententia Koehleri, qui agnatos juravisse censet, se interfectorem in patriam reversum non sollicitaturos esse propius ad veritatem accedat, dijudicari vix potest. Mihi quidem Koehleri sententia magis arridet jam eam ob caussam, quod illi agnati, quibus *τὸ αἰδέσασθαι* conceditur, jam antea in pronunciando *(προειπεῖν)* interfectore in foro, qua de re infra disputabo, profiteri debebant, quanam agnatione cum homine interfecto conjuncti essent atque jure jurando affirmare se recte professos esse (Demosth. in Euergum § 72). Iam quaerendum est, quando *αἴδεσις* facta sit (cf. Philippi, Areopag u. die Epheten pag. 136 sqq.). Non assentior Fr. Hermanno, qui l. c. pag. 299 scripsit: der Thaeter musste das Land verlassen und so lange meiden, bis er von den Verwandten des Getödteten die Erlaubniss zur Rückkehr erlangte (cf. Schelling, de Solonis legibus pag. 72). Si enim res ita se habuisset, quisquis caedem involuntariam commiserat, prorsus in potestate agnatorum primi et secundi gradus hominis interfecti fuisset neque in patriam reverti potuisset, si unus tantum eorum veniam dare noluisset. Fieri ergo potuisset, ut ille, qui caedem involuntariam fecerat, eadem poena, qua ille, qui consulto interfecerat, afficeretur, quod facillime tum evenire potuisset, si judicum quidem sententia caedes involuntarie perpetrata esset, agnati autem cum judicibus non consentirent. Summam igitur injuriam hoc modo fieri potuisse, quis non intellegit. Quam ob rem equidem rem hoc modo constitutam fuisse censeo: Poena caedis invite commissae exilium erat certi cujusdam aut secundum singulas caussas a judicibus definiendi temporis, quo circumacto *αἴδεσις* aut ab agnatis phratoribusve hominis interfecti denegari non potuit aut omnino ea opus non fuit. Si autem quis ante tempus exilii praeteritum in patriam redire voluit, certo ei reconciliatio cum agnatis aut phratoribus hominis occisi impetranda erat, quae ut quam saepissime fieret, legis auctor jus reconciliandi patri, fratri filioque hominis interfecti solis detulit, quos quidem ut artissimis propinquitatis vinculis cum homine occiso conjunctos inter se consentire voluit. Quia autem plerumque ab agnatis venia dabatur Demosth. in Aristocr. § 72 minus accurate dicere potuit *τὸν ἁλόντ' ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ φεύγειν ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος*. Fieri quoque potuit, ut ille, qui involuntarie interfecerat, neque in jus vocaretur neque ulla poena afficeretur, si quidem agnati caedem ante rem judicatam esse involuntariam concesserant et statim veniam dederant. Agnatis autem primi et secundi gradus non viventibus Dracon decem phratoribus jus redeundi in gratiam cum interfectore dedit, quibus tamen expiare non licebat, nisi antea res ab ephetis judicata erat, iisque constabat homicidium esse invite commissum [1]). Ad veniam vero a phratoribus impetrandam suffecisse si plures eorum id voluissent, ex eo colligere licet, quod nihil de consensu eorum

---

[1]) Ita verba *γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς οἱ ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι* intellegenda esse manifestum est, quae Schellingium l. c. pag. 73, quippe qui inscriptionem, cujus pars est haec formula, nondum haberet, in magnum errorem induxerunt.

necessario in lege additur. Praeterea *αἴδεσιν* cum quibusdam caerimoniis et sacris conjunctam fuisse ex l. l. Demosth. Aristoc. apparet cf. Schömann, griech. Alterthümer II, pag. 319 sqq. Altera legis pars agit de *προειπεῖν* et *συνδιώκειν*. Praecipitur, ut denuncient in foro interfectori se in jus eum vocaturos esse illi agnati, qui artiore gradu hominem interfectum contingant, quam consobrini, una autem persequantur consobrini et consobrinorum filii et generi et soceri et phratores. Verbis *προειπεῖν* vel *προαγορεύειν* et substantivis *πρόρρησις* vel *προαγόρευσις* denunciatio sollemnis, ut interfector sacris et foro abstineat, significatur, ut rem explicat Pollux VIII, 66 *εἴργοντο δὲ ἱερῶν καὶ ἀγορᾶς οἱ ἐν κατηγορίᾳ φόνου ἄχρι κρίσεως· καὶ τοῦτο προαγόρευσις ἐκαλεῖτο* cf. Demosth. adv. Leptinem § 158. Simul cum hac denunciatione nomen interfectoris ad regem sacrorum delatum esse et tribunali, in quo caussa esset agenda ab hoc in *ἀνακρίσει* constituto, reo dies qua adesset dicta esse videtur [1]) cf. Philippi, Areopag und die Epheten pag. 68 sqq. Agnatis autem, qui *προειπεῖν* jubentur non viventibus etiam eis, quibus *συνδιώκειν* tantum praecipitur aut *προειπεῖν* aut sine *πρόρρησει* caussam contra interfectorem instituere licuisse consentaneum est. Iam mihi quaestio movenda est de verbis *ἐντὸς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ*, in quibus magnopere haesitaverunt viri docti, quaeque multis conjecturis mutare conati sunt, quas tamen omnes inscriptio, cujus intervalla lectionem codicum perbene admittunt, refutat. Lectione autem hoc modo pro certo constituta quid hoc loco verba significent, non difficile est ad intellegendum. Nam e verbis quae sequuntur *συνδιώκειν δὲ καί* clarissime apparet, eos, qui *συνδιώκειν* jubentur exclusos esse a *πρόρρησει*. Si igitur inter hos consobrini et consobrinorum filii nominantur, certo idem non inter eos, quorum est *πρόρρησις*, esse possunt. *ἐντός* ergo hoc loco vim habet praepositionis citra et *οἱ ἐντὸς ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ* sunt agnati, qui propius hominem interfectum attingunt quam consobrini, vel affines primi secundi tertiique gradus. Quae significatio vocabuli *ἐντός* firmari potest exemplis quibusdam, velut Herod. I, 6 *Κροῖσος τύραννος ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ*. Eundem disputationis finem ad hujus loci interpretationem quod attinet v. d. Philippi assecutus est. Viam autem ipsam quam ingressus est non utique probo. Cum enim in universum rectissime dicat pag. 598 „*ἐντός* ist entweder diesseits oder innerhalb: im ersten Falle diesseits einer Linie, welche ausgeschlossen ist, im zweiten innerhalb eines Kreises, dessen Peripherie nicht überschritten werden soll“ injuria haec ad verba *ἐντὸς ἀνεψιότητος* revocat, ut eis significari contendat aut solos agnatos, qui propius aliquem attingunt quam consobrini, aut solum ipsorum sobrinorum ordinem exclusis omnibus propiore gradu propinquis. Hoc enim statui non potest, cum sobrini non per se sint sobrini, sed relatione tantum ad eum, cujus sobrini sunt. Itaque *ἀνεψιότης* etiam omnes eos propinquos respicit et continet, qui artiore gradu aliquem attingunt, quam ipsi sobrini. Tota igitur quaestio eo redit, ut *ἐντὸς ἀνεψιότητος* significare possit aut omnes propinquos citra exclusos consobrinos aut omnes usque ad inclusos sobrinos. Itaque utrum quoque loco rectum sit, e toto tantum connexu dijudicari potest. — Posterior interpretatio multo melius

---

[1]) Inde mihi illa *προειπεῖν αὐτῷ ἐπὶ Παλλαδίῳ φόνου* (Demosth. in Neaeram § 9) et *ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν εἰς ἄρειον πάγον* (Pollux VIII, 33) orta esse videntur.

quadrat in locum Platon. de legibus IX, 871 B. *ὁ δὲ μὴ ἐπεξιὼν δέον ἢ μὴ προαγορεύων εἴργεσθαι τῶν ἐντὸς ἀνεψιότητος πρὸς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προςήκων τῷ τελευτήσαντι κ. τ. λ.*, quem locum v. d. Philippi satis audacter suae interpretationi subjungere studet. Certe his verbis Plato ad instituta Atheniensia spectat [1]). Cum autem *ἐπεξιέναι* idem sit, quod in hac lege *(συν)διώκειν* Plato duas illas propinquorum classes lege distinctas comprehendisse et verbis *ἐντὸς ἀνεψιότητος* omnes consanguineos significasse videtur, quibus lege munus persequendi interfectoris delatum erat. Quia enim plerumque e consanguineis hominis alicujus interfecti usque ad quintum gradum *(ἀνεψιαδοῖ)* erant superstites, et rarissime accidit, ut genero socero phratoribusque caussa contra homicidam instituenda esset, Plato hos neglexit et consanguineos tantum nominavit. Hunc ad modum si locum Platonicum interpretamur, optime congruit cum loco e [Demosth.] in Euergum petito, ubi § 72 exstat *κελεύει γὰρ ὁ νόμος τοὺς προςήκοντας ἐπεξιέναι μέχρι ἀνεψιαδῶν*. Etiam hic consanguinei tantum, qui persequi jussi erant, commemorantur. De Polluc. VIII, 118 autem v. d. Philippi l. c. pag. 600 sqq. recte judicasse mihi videtur. — Ceterum locutio *ἀνεψιότητος καὶ ἀνεψιοῦ* mira sane vetustate legis excusari et quodammodo explicari posse videtur. *ἀνεψιότης* enim *ἀνεψιούς* et *ἀνεψιαδοῦς* complectitur. Si ergo quis verba *ἐντὸς ἀνεψιότητος* citra consobrinorum filios interpretatus esset, consobrini iis adjuncti essent, quos *προειπεῖν* oportebat, quod ut prohiberet, Dracon *καὶ ἀνεψιοῦ* addidisse videtur. Simplicius certe nec minus perspicue scripsisset *ἐντὸς ἀνεψιῶν*.

Vidimus igitur in hac quoque lege, etsi lectiones inscriptione maxima e parte constant, nonnullas sese offerre difficultates, quae res injuria viros doctos, qui ante Koehlerum de hac formula disseruerunt, ut eam haud genuinam judicarent, induxit, velut Frankium (Neue Jenaische Literaturzeitung 1844 pag. 739), nos autem admonere debet, ut quam cautissimi simus, ne cupidius lectionem traditam in lege aliqua mutemus, neve, quia nonnulla in ea non prorsus sunt perspicua, formulam suppositam esse opinemur.

§ 16.

Iam me converto ad leges, quae ad **jus hereditarium** pertinent, aut aliquo modo cum eo cohaerent primumque ad difficillimam illam, quae exstat **§ 51.**

Ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλείπῃ θηλείας, σὺν ταύτῃσιν, ἐὰν δὲ μή, τούςδε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων. ἐὰν μὲν ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν· ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῶν κατὰ ταὐτὰ λαγχάνειν· κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ ἀνδρὸς κατὰ ταὐτὰ κυρίους εἶναι· ἐὰν δὲ μηδετέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι· νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος.

---

[1]) Agit quidem de caede *ἐκ προνοίας*. At in hac rationem caussae instituendae eandem fuisse atque in caede involuntaria manifestum est.

Quae lex utrum genuina sit necne, cum antea nemo dubitavisset, primus Frankius l. c. pag. 743 eam suppositam esse contendit eumque secutus v. d. Seeliger in Rhein. Mus. XXXI pag. 176 sqq. formulam e diversis Isaei orationibus congestam esse probare studuit. Sed horum utrumque v. d. H. Buermann commentatione sagacissima in Rhein. Mus. XXXII pag. 353 sqq. optime refutavit, cujus argumenta ego quidem eis, quae de testimoniis capt. I protuli, quodammodo adjuvare velim. Quamquam in eis, quae ipse deinceps proposuit, non prorsus cum eo consentio. Videamus de singulis:

Ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλείπῃ θηλείας, σὺν ταύτῃσιν, ἐὰν δὲ μή, τούςδε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων.

Quo in enuntiato cum maxime haesitarent viri docti, multis conjecturis id emendare studuerunt, quae tamen omnes a vero alienae mihi videntur esse. Scripsit enim Wolfius *τοὺς υἱοὺς σὺν ταύτῃσι,* v. d. de Boor l. c. pag. 1 *μόνους* e connexu post *τούςδε* simul audiri censet. Buermannus l. c. pag. 382 audacissima verborum commutatione scribi vult *ἐὰν μὲν παῖδας καταλείπῃ θηλείας τοὺς ἐγγυτάτω γένους συνοικεῖν ταύτῃσιν κ. τ. λ.* Primum certo offendendum est in verbis *σὺν ταύτῃσιν,* quae quid sibi velint non intellego. Prolatae quidem sunt duae explicationes a viris doctis Schelling l. c. pag. 108 et Bunsen, de jure hereditario Atheniensium pag. 38 et alibi, quarum tamen neutra recta esse potest. Vult enim ille verbis significari dimidium hereditatis filiabus, dimidium proximis heredibus statim nominandis tradendum esse, hic autem hereditatis potestatem eorum esse, qui filias a defuncto relictas in matrimonium ducant. Prior explicandi ratio post *τούςδε* vocabulum *μόνους* inserendum postulat et commemorationem certi modi, secundum quem inter filias et genere proximos hereditas sit dividenda. Alteri obstat, quod feminas quoque heredes fieri posse jam verbis quae sequuntur *κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας* apparet. — Iam vero accedit, quod in ipso textu vocabulum *τούςδε* necessarie verbum efflagitat, quod sibi oppositum sit. Qua caussa commotus equidem pro *σὺν ταύτῃσιν* scribendum *ταύτας* proposuerim. Nam filias defuncti filiis non viventibus heredes factas et *ἐπικλήρους* nominatas esse satis constat. Ex Isaei enim orat. VIII § 31 et X § 12 et [Demosth.] in Stephanum B § 20 elucet illum, qui epiclerum in matrimonium duxit, genere scilicet proximus, non una cum epiclero bona quoque ejus accepisse, sed usumfructum tantum eorum habuisse; quam primum autem filius ex epiclero natus per biennium pubuerit, tum illum pecuniam adeptum esse. Non ergo genere proximus et bona et filiam hereditariam heres accepit, neque ei licuit liberis ex alia uxore natis bona epicleri tradere, sed bona epiclerus obtinuit eaque filio simulatque adolevit concedit. Filius autem lege obstrictus erat matri victum demetiri, non patri, quoniam ab eo hereditatem non acceperat. — Filiae autem filiis non superstitibus hereditatem obvenisse etiam ex Isaei orat. XI § 8 elucet. Hagnias enim sororis filiam eam ob caussam adoptavit, ut hoc modo heres fieret. cf. quoque Isae. orat. X § 4 (s. f.) et 5. Idem nos docent lexicographi, velut Harpocratio s. v. *ἐπίδικος· ἐπίκληρος μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀρφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ* et Suidas s. v. *ἐπίκληρος· ὅταν παῖς ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος*

καὶ ταύτῃ τύχῃ ὑποκειμένῃ οὐσία ταύτην καλοῦσιν ἐπίκληρον cf. Schol. ad Aristoph. aves 1650; vesp. 583.

Praeterea vix intellegi potest, quam ob rem legislator sorores aliasque propinquas, ut postea docebimus, heredes omnium defuncti bonorum fieri voluerit, filias autem genere certe proximas partem tantum hereditatis nancisci. — Filias igitur omnino heredes fieri potuisse satis mihi demonstrasse videor; epiclerorum vero nuptias, ut usumfructum hereditatis haberet, genere proximus postulare e lege poterat. Quaerenti autem mihi, unde falsa lectio *σὺν ταύτῃσι* orta sit, haec a librario pro *ταύτας* substituta esse visa est commoto Isaei orat. III § 68, quippe in qua exstet *ἂν δὲ θηλείας καταλίπῃ σὺν ταύταις*. Paullo autem accuratius locum inspicienti statim apparet hic de re plane alia agi, scilicet de eo, quod pater lege vetitus erat filium sibi instituere atque legare pecuniam, nisi una cum filiabus i. e. ita, ut qui filius institueretur quique legatum caperet, etiam filiam defuncti in matrimonium ducere cogeretur. cf. Schömann ad Isae. pag. 251.

Deinde prorsus mihi constat formulam hanc non totam legem de jure hereditario ab intestato exhibere. Jus enim hereditarium ab intestato eodem modo, quo jus de caede involuntaria in uno lapide perscriptum fuisse verisimile est. In hujus tabulae initio legebatur *ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ* et tum tota propinquorum series primum descendentes, deinde ascendentes denique ei cognati, qui hodie collaterales dicuntur, quo quemque loco hereditatem accipere lex voluit, enumerati erant. Cum autem illius, qui hanc in Macart. orationem habuit, quippe qui hereditatem e jure collateralium postularet, non interesset totam tabulam in medium proferre, sed ea tantum praecepta, quae ad caussam agendam pertinerent, ex antecedentibus nihil, nisi illa verba, quibus, qua de re in sequentibus ageretur, indicatum erat, attulit. Quia vero, si scribam legere jussisset *ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν δὲ μὴ τούσδε κ. τ. λ.*, hoc sensum non praebuisset, unam ex serie, quae antecessit, descendentium classem addidit. Quam ob rem *παῖδας θηλείας* nominaverit, cognoscere non licet, quia ignoramus quo loco in antecedentibus de filiabus defuncti ab intestato praeceptum sit. — Ad explicanda sequentia, quae de collateralibus agunt, maximi momenti sunt Isaei orat. XI § 1 et 2, quae praecepta a lege ipsa *συντομωτέρως* exhibita pluribus verbis exponunt: *ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων πρῶτον ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφιδοῖς πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἂν ὦσιν ὁμοπάτορες· τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν· ἐὰν δ' οὗτοι μὴ ὦσι, δεύτερον ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καλεῖ καὶ παῖδας τοὺς ἐκ τούτων· ἐὰν δὲ μὴ ὦσι, τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων. ἐὰν δὲ καὶ τοῦτ' ἐκλείπῃ τὸ γένος, πάλιν ἐπανέρχεται καὶ ποιεῖ τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος κυρίους αὐτῶν, κατὰ ταὐτὰ καθάπερ τοῖς πρὸς πατρὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδίδου τὴν κληρονομίαν.* Lex igitur primum fratres eodem patre natos eorumque liberos ad successionem vocat. Buermannus l. c. pag. 359 in eo offendit, quod in priore membro hujus enuntiati in lege deest verbum conjecitque post *ὁμοπάτορες* esse inserendum *κρατεῖν*. Hoc autem intellegendum esset: fratres defuncti omnibus qui sequuntur antecedunto. Attamen fratres non filiis fratrum, quippe qui patrum partem acciperent, anteponebantur. Cum vero ut verba exstant ad *ἐὰν μὲν ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες* subaudienda essent verba sequentia *τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν,* hoc autem

sensum non praeberet, ego quidem post *ὁμοπάτορες* inseruerim *λαγχάνειν,* de cujus vocabuli vi cf. Buermann. l. c. pag. 374. Fratres igitur mortui totam hereditatem adibant; si autem quis eorum jam ante defunctum ab intestato mortuus erat, filii ejus tantum accipiebant quantum pater impetravisset, si adhuc superfuisset idque inter se dividebant.

Magnam offensionem praebent verba quae sequuntur *ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῶν κατὰ ταὐτὰ λαγχάνειν,* quae quomodo tradita sunt omnino intellegi non possunt, quam ob rem viri docti multis conjecturis ea sanare studuerunt. Bunsenius l. c. pag. 29 sq. (annot.) ante *ἐξ αὐτῶν* inserere vult *ἀδελφὰς καὶ παῖδας ἐξ αὐτῶν λαγχάνειν· ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφαὶ ὦσιν ἢ παῖδες ἐξ αὐτῶν ἀνεψιοὺς καὶ παῖδας,* quae conjectura ideo refutanda est, quia non congruit cum eo, quod Isaeus in orat. XI § 3 de lege dicit, eam *τὰς ἀγχιστείας συντομωτέρως τοῖς ῥήμασιν* quam ipsum exhibere. Schaeferus apparat. criti. a. h. l. ante *ἐξ αὐτῶν τούς,* v. d. de Boor l. c. pag. 35 *παῖδας* scribendum esse putant, quorum utrique obstat, quod classis nepotum fratrum ab Isaeo non nominatur, et quod *αὐτῶν* verbis hoc modo constitutis referendum esset et ad *ἀδελφοί* et ad *ἀδελφῶν παῖδες, οἱ* autem *ἐξ ἀδελφῶν* ei sunt, qui non superstites ponuntur. Ante omnia in verbis emendandis Isaeus l. c. respiciendus est et lex eum in modum restituenda, ut cum eo congruat, ita tamen, ut sit *συντομωτέρως τοῖς ῥήμασιν*. Ex Isaeo autem cognoscimus legem post fratres eorumque liberos sorores et natos ex iis ad successionem vocavisse. Quarum classem, cum in lege quomodo tradita est mentio ejus non fiat, aliquo modo inserendam esse apparet. Schellingius quidem l. c. pag. 115 putat verbo *ἀδελφοῖς* et fratres et sorores defuncti significari. Quam sententiam ineptissimam recte Buermannus l. c. pag. 354 sq. refutans ipse Meierum secutus *ἀδελφὰς καὶ παῖδας ἐξ αὐτῶν* scribendum proposuit. Equidem praetulerim *ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καὶ παῖδας ἐξ αὐτῶν* paullo accuratius me applicans ad verba Isaei. Lacuna autem inde orta esse videtur, ut librarius a *παῖδες* ad *παῖδας* aberraret verba quae intererant omittens. Quem errorem in codicibus saepissime occurrere satis notum.

κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. His in verbis explicandis virorum doctorum sententiae valde fluctuaverunt neque mihi saepius rem consideranti ad certam de illorum verborum vi sententiam pervenire contigit. Isaeum quidem, qui in orat. VII § 20 contendit, hoc praeceptum non, nisi de consobrinis et propinquis genere remotioribus valere hoc astute eo consilio facere, ut hoc modo judices in suum partem trahat, Buermannus mihi persuasit (l. c. pag. 365 sqq.). Nam et secum ipsum, quod jam Schellingius l. c. pag. 121 animadvertit et cum Demosth. in Leocharem § 12 Isaeum pugnare apparet. Attamen non assentior Buermanno verba hoc modo vertenti et interpretanti (pag. 372): Es sollen den Vorzug haben die Männer und die Nachkommen der Männer, sowohl wenn sie (die Nachkommen) von diesen (den Männern) selbst unmittelbar abstammen, als auch, wenn sie ihnen entfernter verwandt (d. h. nur ihre mittelbaren Descendenten) sind. Quae explicatio jam eam ob caussam nullo modo probari potest, quia abhorret ab usu linguae graecae. Nam *οἱ αὐτοί* in vernacula lingua significat dieselben, non autem diese selbst [1]). — Praeterea constare mihi videtur

[1]) cf. Blass in Jahresberichten, herausgegeben von Bursian 1877 pag. 287 sq.

ἐκ τῶν αὐτῶν non esse intellegendum: ex eisdem majoribus, sed ex eisdem parentibus nati, quia propinqui non possunt non ex eisdem majoribus esse. Non ergo per hypothesin hoc poni debebat, quasi fieri posset, ut non essent *ἐκ τῶν αὐτῶν*. cf. Schömann. ad Isae. pag. 365. Sequitur igitur, ut etiam verba *καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω* non vertenda sint: etiamsi, sed et si sunt genere remotiores. Nam eorum, qui ex iisdem parentibus nati sunt, non potest alter altero remotior esse. Quibus consideratis ego verba hoc modo interpretatus sim: Praeferuntor mares et a maribus prognati feminis earumque liberis, si mares et feminae ab eisdem et si a diversis, sed ab eis, qui eodem gradu defunctum ab intestato contingunt, parentibus nati sunt. Propinquos autem e diversis parentibus, etsi eodem gradu cum defuncto conjuncti sunt, inter se esse genere remotiores, quam illos ex eisdem natos elucet. Quae si vera praecepti vis est, qua verisimiliorem me invenire non potuisse profiteor, institutum illud in singulis classibus tantum de cognatis ejusdem gradus valuisse consentaneum est et ex antecedentibus apparet. Sororem enim adhuc superstitem sororis jam mortuae filius ab hereditate non excludit, quippe qui partem tantum matris accipiat (cf. Isae. orat. VII § 19). Sed eodem modo, quo frater sororem ab hereditate fratris mortui removet, filius sororis mortuae et sororem suam, quacum est *ἐκ τῶν αὐτῶν*, et filiam alius sororis vita defunctae ab hereditate avunculi, qui testamento non relicto e vita decessit, excludit. Ita etiam filius fratris mortui sorore ipsius et filia alius fratris vita defuncti omissis hereditatem accipit. Eodem modo lex valet in propinquos genere remotiores.

ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ ἀνδρὸς κατὰ ταὐτὰ κυρίους εἶναι.

His verbis (cf. Isae. orat. XI § 12 et VII § 22) fratribus et sororibus eorumque liberis non superstitibus cognati usque ad quintum gradum postremi ante maternos ad successionem vocantur. Nam *ἀνεψιῶν παῖδας* cognatos quinto non sexto gradu intelligendos esse Schoemannus ad Isae. pag. 456 ostendit, qui idem discrimen inter vocabula *ἀνεψιαδοῦς* et *ἀνεψιοῦ παῖς* non exstare, id quod in dubium vocaverat Bunsenius l. c. pag. 10 cf. annot. 14, demonstravit [1]). Si autem cognati a patre usque ad quintum gradum non supersunt, ut cognati a matre eadem ratione hereditatem adeant, lex praecipit. Primum igitur fratres uterini et sorores eorumque liberi ad successionem vocantur, deinde fratrum et sororum matris filii filiaeque et eorum liberi et omnes cognati a matre usque ad quintum gradum.

ἐὰν δὲ μηδετέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι.

Si a matre quoque nemo usque ad quintum gradum superest, revertit jus successionis ad propinquos a patre, ex quibus praecepto *κρατεῖν τοὺς ἄρρενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων* servato, ut quisque est gradu proximus, ita ceteris antefertur. Quod non etiam cognati a patre rursus ad successionem vocantur cf. Buermann. l. c. pag. 380.

---

[1]) Buermanni sententiam (l. c. pag. 377), qui verbis *ἀνεψιῶν παῖδες* non gradum, sed lineam significari vult, jam eam ob caussam probare nequeo, quia argumentum, quo v. d. nititur, explicationem dico verborum *κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας κ. τ. λ.,* ut antea demonstravi, nullo modo laudari potest.

νόθῳ δὲ μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων, ἀπ Εὐκλείδου ἄρχοντος cf. Isae. orat. VI § 47.

Non dubito, quin illud legis institutum jam a Solone profectum sit. Nam Solonem quoque nothos a successione exclusisse jam e verbis antecedentibus *παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι* elucet. Etiam ab Aristoph. aves 1660 sqq. (ed. Bergk.) hoc Soloni tribuitur. Videtur igitur post Solonem et quidem praecipue in bello peloponnesiaco filiis legitimis fere omnibus absumptis lex neglecta esse, quam ob rem ab Euclide archonte denuo sancita est cf. Hermann, Staatsalterth. § 118. Nothis igitur e lege non licebat sacra privata familiae patris *(ἀγχιστεία τῶν ἱερῶν)* adire neque sine testamento quidquam patris ejusque cognatorum hereditatis *(ἀγχιστεία τῶν ὁσίων)* ad eos deveniebat.

§ 17. De lege § 54.

Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμάς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα, πρὸς οἷς αὐτῆς. ἐὰν δὲ πλείους ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τῇ ἐπικλήρῳ πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον, ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει, ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους ἢ μὴ ἐκδῷ ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα.

Lex agit de filiabus hereditariis ex ordine mercenariorum, quas ut genere proximi in civium classe superiore si qui sunt aut in matrimonium ducant aut dote data collocent, praescribit. Num genuina sit lex a nullo adhuc in dubium vocatum est, nisi a Frankio l. c. pag. 742 caussis quidem probabilibus nullis allatis. — Primum quaestio movenda est, quae sint *ἐπίκληροι ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν· ἐπίκληρος* quae sit explicationibus lexicographorum quas pag. 25 et 26 attuli jam constat. *θητικὸν τελοῦσα* autem dicitur *ἐπίκληρος,* si est ex infimo civium ordine. cf. Poll. VIII, 13 et Boeckh, Staatshaushaltung Bd. II pag. 36. Femina autem orba hac ex classe, quippe quae nullam fere paternam hereditatem accepisset, ab Atheniensibus *θῆσσα* appellabatur cf. Harpocrat. s. v. *θῆτες,* qui legem de qua agimus laudat, Poll. III, 33 Suid. s. v. *θῆσσα* et *θητεύς*. Si igitur *θῆσσα* quaedam propinquos habuit in classe superiore, ab his aut ducenda aut dote donanda fuit, qua de lege Atheniensi [1]) etiam Terentius agit Phormio. I, II, 75 Lex est ut orbae, qui sunt genere proxumi, ‖ Eis nubant, et illos ducere eadem haec lex jubet ‖, et II, III, 60 Etsi mihi facta injuriast, verum tamen ‖ Potius quam litis secter aut quam te audiam ‖ Itidem ut cognata si sit, id quod lex jubet ‖ Dotis dare, abduce hanc, minas quinque accipe. — Studuit certo Solo feminas ab acerba paupertate defendere sed ita, ut singulis tantum non aerario publico sumptus fierent. Non autem omnes propinquos, etsi eodem gradu cognati erant, eodem modo

---

[1]) Quae quin a Solone, cui etiam a Diodor. lib. XII, 18, 2 tribuitur, scripta sit, dubitari non potest.

filias orbas collocare voluit, sed pro sua quemque re familiari. Pentacosiomedimni igitur aut illi, qui quotannis aridorum fructuum medimnos quingenos vel liquidorum metretas totidem metebant, quingentas, equites, quibus treceni medimni aut metretae redibant, trecentas, zeugitae, quibus centeni quinquageni agrorum erat reditus, centum quinquaginta drachmas filiae hereditariae in paupertate relictae solvebant. Hac praecipue lege nisus Boeckhius l. c. II pag. 29 sqq. zeugitis a Solone jam eos adscriptos esse, quibus centum quinquaginta tantum medimni e fundis redirent, neque ducentis opus fuisse, ut Plutarch. Solon. capt. 18[1]) et Poll. VIII, 130[2]) tradiderunt, probare studuit omnibus fere viris doctis assentientibus praeter Groteum, history of Greece vol. III pag. 119, contra quem cf. Schömann. Verfassungsgeschichte Athens pag. 22 sq. — Dos vero a propinquis filiae hereditariae danda erat *πρὸς οἷς αὐτῆς*, quae verba ex Solonea quidem dictionis brevitate dicta, non tamen cum Frankio l. c. obscura habenda sunt. Significant nihil aliud nisi *πρὸς τούτοις ἃ αὐτῆς ἐστι*, id est praeter ea, quae femina jam habet (cf. Reisk. a. h. l.). Gradus autem, quo aliquis epiclerum contigit, eodem certe modo definiebatur, quo gradus ad hereditatem accipiendam.

Si plures propinqui filiam hereditariam eodem gradu contingunt, singuli pro rata ad dotem conferunto[3]). — Dubitari potest, quonam modo verba *πρὸς μέρος* intellegenda fuerint, si plures cognati eodem quidem gradu cum epiclero quadam conjuncti, non autem in eadem classe fuerunt, utrum, si exempli gratia tres propinqui filiam hereditariam eodem gradu contigerunt, quorum primus ex pentacosiomedimnis, alter ex equitibus, tertius e zeugitis erat, unusquisque eorum tertiam partem ejus solvere debuerit, quod suae classi praeceptum erat, ut filia illa trecentas septendecim fere drachmas acciperet, an filia id, quod pentacosiomedimnus debebat, adepta sit, propinqui autem hoc pro rata inter se diviserint ita, ut in hoc exemplo pentacosiomedimnus decies, eques sexies, zeugites ter partem undevicesimam quingentarum drachmarum solveret (500 : 300 : 150 = 10 : 6 : 3). Mihi quidem hoc rectius se habere videtur; nam iniquum certe fuisset, si filia orba, quae solo pentacosiomedimno ex propinquis superstite quingentas drachmas accipiebat, minus impetravisset, cum plures cognati officio dotis dandae satisfacerent. Quomodocunque autem res se habebat, sine dubio consuetudine et usu constituta erat. — Quodsi mulieres plures sint, ne necesse sit generi plures una collocare, sed genere proximus aut collocato aut ducito. De hoc legis praecepto K. Fr. Hermannus in Zeitschrift für die Alterthumsw. 1840 No. 2 pag. 23 annotat: Es ist eine offenbare Ungerechtigkeit, dass, wenn eine einzelne arme *ἐπίκληρος* von mehreren Verwandten pro rata ausgestattet wird, dieselben auch, wo mehrere solche *γυναῖκες* vorhanden sind, nur eine derselben

---

1) Quo loco *συναμφοτέρων διαδικοσίων*, quamquam in codicibus exstat, *τριακοσίων* legendum esse apparet.

2) In iis, quae Pollux de classibus civium docet, alios quoque errores inesse Boeckhius l. c. demonstravit. Reliqui lexicographi aut nihil hac de re afferunt aut annotationes prorsus confusas velut Suidas, qui quattuor classes nominat s. v. *ἱππεῖς* (etiam s. v. *ἐκ τιμημάτων)* postea autem in eadem annotatione zeugitas omittit.

3) De falsa lectione *ἐὰν δὲ μὴ πλείους ὦσιν*, quam omnes codices praebent, cf. Schaefer. appar. crit. a. h. l. et v. d. de Boor l. c. pag. 81

auszustatten gehalten sein sollen: Referent hat in zwei Exemplaren, nach welchen er diese Rede in zwei verschiedenen Zeiten gelesen hat, beidesmal an den Rand geschrieben *τῷ ἑνί* für *τῷ γένει* und so (oder *τῷ γ' ἑνί)* lautete auch gewiss das Gesetz, dass in geradem Gegensatz mit dem vorhergehenden Falle, wann mehrere arme *ἐπίκληροι* vorhanden sein sollten, ein einzelner Verwandter nie mehr, als eine derselben auszustatten brauche. Über *ὁ εἷς* vergl. Plat. Crit. pag. 48, A. Xenoph. Mem. Socr. III, 14, 6 Aristoph. Lysistr. v. 724. — Hanc conjecturam sagacissimam *τῷ γ' ἑνί* quam cupidissime arripio, quippe quae verba legis antea obscura una tantum littera omissa clara et perspicua reddat. Praeterea autem verba *ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι ἢ αὐτὸν ἔχειν* Frankium l. c. secutus e textu submoveam. Nam et supervacanea alienaque a Solonis brevitate sunt et explicationem redolent ad lectionem falsam *τῷ γένει* vagam sane et interpretationem desiderantem adscriptam. Textu hoc modo restituto nihil ambigui relinquitur. Uni ergo viro non necesse erat plures una collocare aut ducere. Si igitur unus tantum ex propinquis supererat, una tantum filia hereditaria dotem accipiebat et quidem, ut verisimile est, maxima natu earum, quae nondum nupserant. Reliquae autem aut nihil aut ex aerario publico aliquid impetravisse videntur. cf. Plutarch. Aristid. cpt. 27. — Si propinqui legi non satisfaciunt, archon (eponymus) eos cogito aut ducere aut collocare, quod si non fecerit, archon ipse debeat mille drachmas Junoni. — In tutela enim Junonis omnia erant, quae ad matrimonia pertinebant. — Ejus autem, qui et nuptias et dotem recusavit, nomen archonti deferre, cuivis licebat et civi et peregrino neque sponsione, quae in aliis litibus hereditariis postulabatur (in Macart. § 16), opus erat cf. Isae. orat. III § 46 et 47. De significatione verbi *ἀπογράφειν* cf. v. d. de Boor l. c. pag. 114. Caussa autem, quae contra propinquum, qui neque sua sponte neque ab archonte jussus hanc legem observabat, instituebatur, *γραφὴ κακώσεως* (cf. Harpocrat. s. v. *κακώσεως)* erat, de qua agunt Meier und Schömann l. c. pag. 287.

§ 18. De lege § 16.

Ἐὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐπικλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν· παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταὐτά, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκῃ· τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἔχοντι[1]), *καθότι ἐπεδικάσατο οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.*

Hereditas quaeque, quae non ab descendentibus defuncti vindicabatur (cf. Isae. orat. III § 59 et orat. VIII § 34), erat *ἐπίδικος*. Quam si quis jure propinquitatis aut testamento petebat, ab archonte eam postulare debebat. Quo facto praeco in contione eum, qui eodem aut meliore jure nisus quam ille, qui hereditatem postulaverat, bona petere vellet, nomen ad archontem dare invitabat verbis *εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν*[2]) *βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ . . . . . ἢ κατὰ*

---

1) Sic rectissime Bunsen. l. c. pag. 93. Legebatur *ἄρχοντι*.

2) Vim verborum *ἀμφισβητεῖν* et *παρακαταβάλλειν* eandem esse, cum neque distinctiones a lexicographis neque illae a viris doctis hujus aetatis factae probabiles sint, v. d. de Boor l. c. pag. 96 mihi persuasit.

filias orbas collocare voluit, sed pro sua quemque re familiari. Pentacosiomedimni igitur aut illi, qui quotannis aridorum fructuum medimnos quingenos vel liquidorum metretas totidem metebant, quingentas, equites, quibus treceni medimni aut metretae redibant, trecentas, zeugitae, quibus centeni quinquageni agrorum erat reditus, centum quinquaginta drachmas filiae hereditariae in paupertate relictae solvebant. Hac praecipue lege nisus Boeckhius l. c. II pag. 29 sqq. zeugitis a Solone jam eos adscriptos esse, quibus centum quinquaginta tantum medimni e fundis redirent, neque ducentis opus fuisse, ut Plutarch. Solon. capt. 18 [1]) et Poll. VIII, 130 [2]) tradiderunt, probare studuit omnibus fere viris doctis assentientibus praeter Groteum, history of Greece vol. III pag. 119, contra quem cf. Schömann. Verfassungsgeschichte Athens pag. 22 sq. — Dos vero a propinquis filiae hereditariae danda erat *πρὸς οἷς αὐτῆς,* quae verba ex Solonea quidem dictionis brevitate dicta, non tamen cum Frankio l. c. obscura habenda sunt. Significant nihil aliud nisi *πρὸς τούτοις ἃ αὐτῆς ἐστι,* id est praeter ea, quae femina jam habet (cf. Reisk. a. h. l.). Gradus autem, quo aliquis epiclerum contigit, eodem certe modo definiebatur, quo gradus ad hereditatem accipiendam.

Si plures propinqui filiam hereditariam eodem gradu contingunt, singuli pro rata ad dotem conferunto [3]). — Dubitari potest, quonam modo verba *πρὸς μέρος* intellegenda fuerint, si plures cognati eodem quidem gradu cum epiclero quadam conjuncti, non autem in eadem classe fuerunt, utrum, si exempli gratia tres propinqui filiam hereditariam eodem gradu contigerunt, quorum primus ex pentacosiomedimnis, alter ex equitibus, tertius e zeugitis erat, unusquisque eorum tertiam partem ejus solvere debuerit, quod suae classi praeceptum erat, ut filia illa trecentas septendecim fere drachmas acciperet, an filia id, quod pentacosiomedimnus debebat, adepta sit, propinqui autem hoc pro rata inter se diviserint ita, ut in hoc exemplo pentacosiomedimnus decies, eques sexies, zeugites ter partem undevicesimam quingentarum drachmarum solveret (500 : 300 : 150 = 10 : 6 : 3). Mihi quidem hoc rectius se habere videtur; nam iniquum certe fuisset, si filia orba, quae solo pentacosiomedimno ex propinquis superstite quingentas drachmas accipiebat, minus impetravisset, cum plures cognati officio dotis dandae satisfacerent. Quomodocunque autem res se habebat, sine dubio consuetudine et usu constituta erat. — Quodsi mulieres plures sint, ne necesse sit generi plures una collocare, sed genere proximus aut collocato aut ducito. De hoc legis praecepto K. Fr. Hermannus in Zeitschrift für die Alterthumsw. 1840 No. 2 pag. 23 annotat: Es ist eine offenbare Ungerechtigkeit, dass, wenn eine einzelne arme *ἐπίκληρος* von mehreren Verwandten pro rata ausgestattet wird, dieselben auch, wo mehrere solche *γυναῖκες* vorhanden sind, nur eine derselben

---

1) Quo loco *συναμφοτέρων διαδικοσίων,* quamquam in codicibus exstat, *τριακοσίων* legendum esse apparet.

2) In iis, quae Pollux de classibus civium docet, alios quoque errores inesse Boeckhius l. c. demonstravit. Reliqui lexicographi aut nihil hac de re afferunt aut annotationes prorsus confusas velut Suidas, qui quattuor classes nominat s. v. *ἱππεῖς* (etiam s. v. *ἐκ τιμημάτων)* postea autem in eadem annotatione zeugitas omittit.

3) De falsa lectione *ἐὰν δὲ μὴ πλείους ὦσιν,* quam omnes codices praebent, cf. Schaefer. appar. crit. a. h. l. et v. d. de Boor l. c. pag. 81

auszustatten gehalten sein sollen: Referent hat in zwei Exemplaren, nach welchen er diese Rede in zwei verschiedenen Zeiten gelesen hat, beidesmal an den Rand geschrieben *τῷ ἑνί* für *τῷ γένει* und so (oder *τῷ γ' ἑνί)* lautete auch gewiss das Gesetz, dass in geradem Gegensatz mit dem vorhergehenden Falle, wann mehrere arme *ἐπίκληροι* vorhanden sein sollten, ein einzelner Verwandter nie mehr, als eine derselben auszustatten brauche. Über *ὁ εἷς* vergl. Plat. Crit. pag. 48, A. Xenoph. Mem. Socr. III, 14, 6 Aristoph. Lysistr. v. 724. — Hanc conjecturam sagacissimam *τῷ γ' ἑνί* quam cupidissime arripio, quippe quae verba legis antea obscura una tantum littera omissa clara et perspicua reddat. Praeterea autem verba *ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι ἢ αὐτὸν ἔχειν* Frankium l. c. secutus e textu submoveam. Nam et supervacanea alienaque a Solonis brevitate sunt et explicationem redolent ad lectionem falsam *τῷ γένει* vagam sane et interpretationem desiderantem adscriptam. Textu hoc modo restituto nihil ambigui relinquitur. Uni ergo viro non necesse erat plures una collocare aut ducere. Si igitur unus tantum ex propinquis supererat, una tantum filia hereditaria dotem accipiebat et quidem, ut verisimile est, maxima natu earum, quae nondum nupserant. Reliquae autem aut nihil aut ex aerario publico aliquid impetravisse videntur. cf. Plutarch. Aristid. cpt. 27. — Si propinqui legi non satisfaciunt, archon (eponymus) eos cogito aut ducere aut collocare, quod si non fecerit, archon ipse debeat mille drachmas Junoni. — In tutela enim Junonis omnia erant, quae ad matrimonia pertinebant. — Ejus autem, qui et nuptias et dotem recusavit, nomen archonti deferre, cuivis licebat et civi et peregrino neque sponsione, quae in aliis litibus hereditariis postulabatur (in Macart. § 16), opus erat cf. Isae. orat. III § 46 et 47. De significatione verbi *ἀπογράφειν* cf. v. d. de Boor l. c. pag. 114. Caussa autem, quae contra propinquum, qui neque sua sponte neque ab archonte jussus hanc legem observabat, instituebatur, *γραφὴ κακώσεως* (cf. Harpocrat. s. v. *κακώσεως)* erat, de qua agunt Meier und Schömann l. c. pag. 287.

§ 18. De lege § 16.

Ἐὰν δ' ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐπικλήρου, προσκαλείσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δικῶν· παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταὐτά, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκῃ· τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἔχοντι [1]), *καθότι ἐπεδικάσατο οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.*

Hereditas quaeque, quae non ab descendentibus defuncti vindicabatur (cf. Isae. orat. III § 59 et orat. VIII § 34), erat *ἐπίδικος.* Quam si quis jure propinquitatis aut testamento petebat, ab archonte eam postulare debebat. Quo facto praeco in contione eum, qui eodem aut meliore jure nisus quam ille, qui hereditatem postulaverat, bona petere vellet, nomen ad archontem dare invitabat verbis *εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν* [2]) *βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ . . . . . ἢ κατὰ*

---

1) Sic rectissime Bunsen. l. c. pag. 93. Legebatur *ἄρχοντι.*

2) Vim verborum *ἀμφισβητεῖν* et *παρακαταβάλλειν* eandem esse, cum neque distinctiones a lexicographis neque illae a viris doctis hujus aetatis factae probabiles sint, v. d. de Boor l. c. pag. 96 mihi persuasit.

γένος ἢ κατὰ διαθήκας (in Macart. § 5). Sin nemo hereditatem sibi vindicans exstitit ille qui petiverat eam accepit. Si autem plures eandem hereditatem assequi studebant, *διαδικασία* inter eos oriebatur. Quisque litigantium pecuniam deponebat, quae *παρακαταβολή* nominata decima erat pars hereditatis postulatae [1]) cf. Poll. VIII, 32 *παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον*. Quam pecuniam depositam victor caussa finita recipiebat, victus amittebat. Quis autem pecuniam a victo vel victis persolutam acceperit, dubitari potest. Nam cum verisimile sit eam pecuniam, quam aliquis hereditate jam adjudicata sibi potius quam possidenti bona deberi contendens deposuerat, victorem remunerationem turbatae possessionis adeptum esse (cf. Boeckh. l. c. pag. 387 et Bunsen. l. c. pag. 92), illas tamen sponsiones in prima de hereditate caussa depositas victos aerario publico pependisse statuere praetulerim, cum nulla caussa videatur esse, cur has quoque victor praeter hereditatem receptamque sponsionem suam assecutus sit. In una quaque autem caussa hereditaria praeter *παρακαταβολάς* etiam *πρυτανεῖα* aut *παράστασιν* persoluta esse Boeckhium l. c. pag. 382 et 387 (cf. pag. 369 sqq.) secutus crediderim.

Hereditate vero aut filia hereditaria jam adjudicata, quomodo jure agendum esset haec lex docebat. Haec actio eo praecipue differebat ab actione, quae hereditate nondum addicta instituenda erat, quod privatim possessori bonorum intendebatur. Hac enim in re v. d. de Boor l. c. pag. 94 sqq. certe erravit, qui hanc quoque actionem publicam fuisse et, si unus caussam contra heredem instituerit, etiam reliquos, qui voluerint, a praecone invitatos esse, hereditatem petere contendit. Nam cum in singulos homines hujusmodi lites inferrentur, non video, cur non eodem modo eas institutas esse censeam, quo aliae in singulos homines inferendae lites, eo scilicet, quem haec lex praecipit. Fieri certe potuit et saepissime factum est, ut plures contra unum, qui fortasse meliore jure quam ipsi utebatur, se conjungerent, ut eo facilius huic hereditatem eriperent, quot et in prima de hereditate caussa et in posterioribus, postquam hereditas jam adjudicata est, fieri potuit (cf. v. d. de Boor pag. 100 sq.). Qua pactione privatim facta pro se quisque illorum hereditatem postulabat. Hoc modo eodem tempore hereditas aliqua, etsi addicta erat, peti potuit a pluribus, non tamen a praecone publice invitatis. Una tantum conditione actio, postquam hereditas jam adjudicata est, rursus publica fieri potuisse videtur. Si enim quis hereditatem *κατὰ δόσιν* acceperat, potuit quidem ea non *κατὰ γένος* peti [2]), sed antea testamentum irritum faciendum erat (Isae. orat. IV, § 25). Quod si contigit, aequum erat iterum omnes, qui propinquitate aut alio testamento hereditatem postulare possent, ad petendum publice invitare. — Qui ergo hereditatem jam addictam petebat, possessorem in jus vocare debebat [3]). Quam vocationem, quae cujusque litis sollemne erat initium, hic ea de caussa expresse commemoratam esse, quod eo ipso haec a prima judicii ratione differret, cum hereditatem nondum adjudicatam ab archonte qui vellet

---

[1]) Steigerthali commentationem de vi et usu *παρακαταβολῆς* in caussis Athen. hereditariis (Cellis 1832), inspicere mihi non licuit.

[2]) nisi a filio germano defuncti, quo vivo omnino testamentum facere non licebat.

[3]) De ratione, qua in jus vocabatur, cf. Schoemann., attisch. Process. pag. 575 sqq.

postularet, recte monuit Bunsen. l. c. pag. 92. Sponsio autem hereditate jam adjudicata soli petitori deponenda erat, quam, si caussam obtinebat, recipiebat, si cadebat, victori cedebat.

Verbis *ἐὰν δὲ μὴ ζῇ* altera legis paragraphus incipit, quae, quomodo lege hereditas petenda sit, docet eo interim mortuo, qui in potestatem hereditatis venerat. Tum enim eodem modo contra heredes illius, ad quem bona pervenerant, controversia moveri poterat, quo contra primum heredem. Attamen cum heres primus quoad viveret in jus vocari posset, contra ipsius heredem ab eo solo, cui praefinitum tempus nondum abiit, petitio institui poterat. Tempus autem illud intra quinque annos post mortem primi heredis definitum fuisse ex Isae. orat. III § 58 comperimus [1]). — Ceterum etiam hanc legem non esse integram censeo. Nam cum in priore legis parte de hereditatis et filiae hereditariae petitione praecipiatur, in posteriore modo de hereditate agitur. Praecepta autem de filia hereditaria, quod attinet ad *προθεσμίαν*, alia ac de hereditate fuisse oportere e rei natura elucet. Orator hoc quoque loco eam tantum legis partem recitandam curat, qua ad caussam agendam opus sit.

§ 19. De lege § 75.

Ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν ἐπικλήρων καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων φάσκουσαι κυεῖν. τούτων ἐπιμελείσθω καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν μηδένα περὶ τούτους. ἐὰν δέ τις ὑβρίζῃ ἢ ποιῇ τι παράνομον, κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προςκαλεσάμενος πρόπεμπτα καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος, ὅ,τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰςαγαγέτω εἰς τὴν ἡλιαίαν. ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ ἡλιαία περὶ τοῦ ἁλόντος, ὅ,τι χρὴ αὐτὸν παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.

Archonti igitur cura orborum et filiarum heredum et familiarum, quae morte exstinctae erant, et mulierum, quae praegnantes ex defuncto relictae erant, habenda erat. Et orborum quidem tutores probi instituendi erant. Epiclerorum vero cura archontis diversa erat, prout filia fuit pauper aut locuples. Pauperibus quam ob rem consulendum esset, lex, quam antea tractavi, docebat, locupletibus autem eam ob caussam, ne, quamdiu nondum nupsissent bonis privarentur neve ea male administrarentur. *κύριος* autem feminarum pupillarum erat tutor, puberum genere proximus. Familiae deinde desolatae archonti commendantur, ut filios eis instituendos curet, quod non solum, ne familiae interirent, reipublicae maximae curae erat, sed praecipue idcirco, ne, cum sua cuique familiae essent sacra privata, his neglectis ipsa detrimenti quid caperet. — Denique archonti officium feminis ex defuncto gravidis consulendi demandatum erat, ut, quod ex eis nasciturum esset, partem debitam hereditatis acciperet. — Haec legis praecepta commemorantur ab Aeschine orat. in Timarch. § 158 *καὶ τοὺς νόμους λέγων οἳ κελεύουσι τὸν ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι*, ab Isaeo orat. VII § 30 *νόμῳ γὰρ τῷ ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ*

---

[1]) Platneri sententiam, qui (Process und Klagen II pag. 327) praescriptionem eam quinquennii etiam in primi heredis gratiam constitutam fuisse contendit, Schoemann. ad Isae. pag. 257 et 432 refutat.

ἐξερημῶνται, προςτάττει τὴν ἐπιμέλειαν, a Polluce VIII, 89 *ἐπιμελεῖται δὲ καὶ* (sc. *ὁ ἄρχων*) *τῶν γυναικῶν αἳ ἂν φῶσιν ἀπ' ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν· καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῖ τῶν ὀρφανῶν.*

Si autem quis orbos aut epicleros aut feminas praegnantes contumeliis injuriisque affecerat, archonti licebat, multam ei imponere *κατὰ τὸ τέλος*. Quae verba, quid sibi velint, saepius a viris doctis disceptatum est. Reiskio hoc significare visa sunt: „Archontes multas arbitrarias infligebant *κατὰ τὸ τέλος*, ut maxima eorum esset multa, qui ex ordine *τῶν πεντακοσιομεδίμνων* essent, media *τῶν ἱππέων*, minima *τῶν ζυγιτῶν*." Attamen primum certe etiam *θῆτες*, si contra hanc legem peccaverant, quamquam vectigalia non impendebant (Poll. VIII, 13), puniendi erant. Deinde secundum vectigal multam imponere obscure et dubie dictum esset, nisi pars vectigalis adjecta esset, quam summam imponere licebat. Omnino denique explicatio Reiskii non quadrat, si etiam aliae poenae ac pecuniariae eis, qui hanc legem laeserant, imponi poterant, quod ex verbis i. f. *παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι* conjicere licet. Magis mihi arridet explicatio, quam exhibuit Petitus, leg. attic. pag. 594: „multam faciens quantam poterat pro magistratus, quem gerebat, potestate; definita enim erat procul dubio multa, quam irrogare poterat archon, quemadmodum et alii, qui erant *ἐν τῷ τέλει*, ut exempli gratia Quingentorum senatus."

Si autem majore poena dignus videbatur, qui adversus hanc legem fecerat, archon eum in jus ad heliaeam vocabat die quinto, antequam habebatur ipsum judicium [1]) adjiciebatque aestimationem poenae, qua sibi multandus videretur (cf. Meier u. Schömann l. c. pag. 175 sqq.). Si reus caussa cadebat, heliastae, quid aut pati aut pendere oporteret, i. e., quomodo et quantopere puniendus esset, decernebant. cf. Meier u. Schömann l. c. pag. 739 sqq.

§ 20.

Transeo ad leges, quas de sepultura haec oratio exhibet ac prius ad eam, quae exstat § 62.

Τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον, ὅπως ἂν βούληται. ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν. βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰςιέναι εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος μηδ' ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σήματα ἄγηται, ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν γεγονυῖαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσι· μηδ' εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰςιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νέκυς, γυναῖκα μηδεμίαν πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσιν.

Lex partem continet illorum praeceptorum, quae de funeribus Solo Atheniensibus scripsit [2]) (cf. § 62 init.). Mortuum igitur intus spectandum collocare licebat, *ὅπως ἂν βούληται*. Schelling. l. c. pag. 129 *βούληται* ad *τὸν ἀποθανόντα* referre vult vertitque „quo loco se collocatum voluerit" sc. defunctus. Huic tamen versioni obstat tempus praesens *βούληται*: ei perfecto tempore

[1]) Sic sine dubio *πρόπεμπτα* intellegendum est, quod male interpretatur Harpocrat. s. v. *πρόπεμπτα* hunc locum citans. cf. Photi. lexic. s. v. *πρόπεμπτα*.

[2]) De his luculentissime egit Bekker, Charikl. II pag. 116—210.

opus fuit. Nec minus Reiskii sententiam, qui ad *βούληται τίς* aut *ἕκαστος* subaudire vult, refutaverim, cum in sequentibus semper numerus pluralis generatim lege praecipiente usurpatus sit. Ego quidem cum Petit. leg. attic. pag. 599 lectionem marginis Lutetianae *βούλωνται* receperim ita, ut sint subjectum hoc loco et in sequentibus cognati mortui. Cetera in lege prorsus sunt perspicua. Mortuus postridie [1]) quam ad spectandum propositus erat, ante lucem efferebatur, ne sol mortui aspectu pollueretur. Eandem ob caussam lex Cea aliis quoque huic simillima, quam inscriptione servatam Koehler in Mittheilungen des deutschen archaeolog. Institutes in Athen Jahrg. I pag. 139 sqq. optime edidit, ut mortuus contectus efferatur, praecipit (cf. l. c. pag. 143). — In exsequiis viri ante feretrum ire, feminae id sequi jubebantur, qua de marium et mulierum separatione cf. Koehler. l. c. pag. 144.

Feminis autem sexaginta annis minoribus neque, cum intus mortuus collocaretur domum ingredi, neque cum efferretur exsequias prosequi licebat praeter eas, quae quinto aut artiore gradu mortuum contingebant. Quod eo referendum videtur esse, quod mulieres Athenienses omnino vita publica exclusae erant. — *ἐντός* hoc loco *ἀνεψιότητα* includit, quod e sequentibus §§ 63 et 64 apparet cf. pag. 86 sqq. — Monuerim praeterea gradum quintum etiam in jure hereditario ab intestato terminum adhiberi. — Postquam vero cadaver elatum est, feminas praeter propinquas usque ad mortui consobrinorum vel consobrinarum filias domum funestam intrare omnino non permissum erat. Credebant enim veteres cadavere domum pollui, quam ob rem omnes inde egredientes aqua, quae ante aedes in vase ex alia domo allata stabat, sese lustrabant (Poll. VIII, 65) mortuoque elato domus lustris aliisque purgaminibus expiabatur. Eadem autem, quae apud Athenienses apud Ceos praecepta valuisse videntur, quamquam inscriptio admodum laesa non omnia clara exhibet. cf. Koehler. l. c. pag. 145 et 143.

§ 21. De altera lege § 57.

Τοὺς δ' ἀπογιγνομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προςήκουσιν ἀναιρεῖν καὶ θάπτειν καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον, τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δούλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματ' ἔχουσιν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ χρήματα τῷ ἀποθανόντι, τοῖς προςήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν. ἐὰν δὲ τοῦ δημάρχου ἐπαγγείλαντος μὴ ἀναιρῶνται οἱ προςήκοντες, ὁ μὲν δήμαρχος ἀπομισθωσάτω ἀνελεῖν καὶ καταθάψαι καὶ καθᾶραι τὸν δῆμον αὐθημερὸν, ὅπως ἂν δύνωνται ὀλιγίστου· ἐὰν δὲ μὴ ἀπομισθώσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. ὅ,τι δ' ἂν ἀναλώσῃ, διπλάσιον πραξάσθω παρὰ τῶν ὀφειλόντων· ἐὰν δὲ μὴ πράξῃ, αὐτὸς ὀφειλέτω τοῖς δημόταις.

Lege praecipiebatur, quid faciendum esset demarcho, cum in via aut agro demi sui mortuus quis jaceret, quem sua sponte nemo tolleret. Demarchus enim, ne a cadavere projecto

[1]) Antiph. de Choreuta § 34 *οὗτοι γὰρ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἀπέθανεν ὁ παῖς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ προέκειντο οὐδ' αὐτοὶ ἠξίουν . . . . . . τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξεφέρετο ὁ παῖς κ. τ. λ.*

et insepulto tota regio pollueretur, jubebatur, propinquis defuncti, ut cadaver tollerent et sepelirent et demum lustrarent denunciare et quidem *τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν*. Quibus in verbis Frankius l. c. pag. 74 offendit quaerens, quomodo hoc fieri potuisset, si quis eodem die, quo mortuus esset, non inventus esset. Rectissime hac in re offendit vir doctus, adjiciamque accidere quoque potuisse, ut defunctus, etsi inveniretur, non statim agnosceretur, quis esset, quibusque uteretur propinquis. Attamen eam solam ob caussam non totam legis formulam Frankium secutus a falsario suppositam judicaverim, sed ad medicinam leviorem confugere malim. Ego enim legendum esse conjicio *τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἐπαγγέλληται ἑκάστῳ αὐτῶν*, qua mutatione non admodum gravi omnia clara et perspicua fiunt. Propinquos igitur eodem die officio satisfacere lex jubet, quo a demarcho certiores facti sunt. *θάπτειν* autem vocabulum mihi non in sensum tam proprium quam Frankio accipiendum videtur esse, sed potius etiam *πρόθεσιν* defuncti complecti, quae certe, nisi servus fuit mortuus neque cadaver nimis putridum, semper facta est. De lustrandi ritu cf. Schoemann. Alterth. II pag. 221 et 328.

Verba quae sequuntur inde ab *ἐπαγγέλλειν* usque ad *ἐπαγγέλλειν* quasi sunt interjectio, quae, quibus a demarcho sit nuntiandum, accuratius exponit. — *οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες* pro *κληρονόμοι* usitata videtur fuisse locutio in legibus Atheniensibus cf. in Macart. § 16. — Si autem propinqui a demarcho certiores facti officio suo desunt, demarchus cadaver tollendum sepeliendumque et pagum lustrandum locet quam minimo poterit. — Cum Reiskio pro *δύνωνται*, quod codices exhibent, *δύνηται* scribendum esse censeo, cum *ἀπομισθῶσαι* non *μισθοῦσθαι οἱ μισθωσάμενοι* subaudiendum esse e tota loci constructione appareat. Non autem crediderim, id quod vult Schaeferus appar. critic. a. h. l., pluralem positum esse posse, tamquam si antecessisset *οἱ δήμαρχοι*, cum semper hac in lege singularis *δήμαρχος* exstet. — Si demarchus non locaverit, mille drachmas aerario publico pendito. Ejus autem, quod impenderit, duplum a debentibus exigito; quod nisi fecerit, ipse debeto aerario demi. Rectissime in lege, quod aerario publico et quod aerario demi debeat demarchus, si officio suo non satisfaciat, distinguitur. Nam si cadaver tollendum non curat, rei publicae, quippe quae polluatur, nocet, si autem quod impendit et quidem ex aerario demi non exigit, demus damnum capit.

Lex autem haec, quam viri docti, qui inscriptionem illam, quam pag. 67 commemoravi, non jam noverant, cum illa, quae in oratione antecedit, quodammodo conjungere studuerunt, non cohaeret cum ea, nisi eo, quod in hac et in illa propinquis officia erga mortuos praescribuntur. E vocabulo vero *δέ* quod in initio legitur *(τοὺς δ' ἀπογιγνομένους)* hanc legem in tabulis alias, quae fortasse eaedem ad demarchos pertinebant, secutam esse conjicere licet. A quo autem lex scripta sit, pro certo dijudicari non potest, cum, a quo demarchi instituti sint, non prorsus constet; cf. Schelling. l. c. pag. 75 sq., Frank. l. c. pag. 740.

§ 22.

Quarta lex, qua orator probare studet, propinquos non solum hereditatem accipere leges velle, sed etiam officia subire, agit de locatione possessionum templorum. Reperitur in § 58.

Τοὺς δὲ μὴ ἀποδιδόντας τὰς μισθώσεις τῶν τεμενῶν τῶν τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν καὶ τῶν ἐπωνύμων ἀτίμους εἶναι καὶ αὐτοὺς καὶ γένος καὶ κληρονόμους τοὺς τούτων, ἕως ἂν ἀποδῶσιν.

Cuique templo agri nonnulli erant, quorum conductione ea, quae in sacra facienda aliosque templi sumptus impendebantur, solvebantur [1]). Ex hac autem lege illi, qui pretium conductionis agrorum, qui Minervae aut ceteris deis aut heroibus eponymis sacri erant, non solverant, infames *(ἄτιμοι)* erant et ipsi et familiae heredesque eorum, donec solvebant. — *Ἀτίμων* Atheniensium varios gradus fuisse ex Andoc. de myster. § 73—76 cognovimus [2]). Quin autem ea, quam haec lex minatur, *ἀτιμία* eadem fuerit atque illa, qua Andocides *τοὺς ἀργύριον ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ* affici profert, dubitari non potest, cum respublica artissime cum cultu deorum cohaerens ex sacris male administratis damnum capere posset. Hi debitores donec solvebant omnibus carebant publicis civium juribus, [3]) quae tamen debito soluto statim recuperabant. Si autem mensibus novem elapsis non solverant, debitum duplicabatur, simulque bona debitorum vendebantur. Quorum publicatione si debitum duplicatum luebatur, *ἀτιμία* cessabat, si quid supererat, reliquum debitori reddebatur. Sed si duplum id non erat solutum, in carcerem debitor conjici poterat. Quod si quis debito non soluto mortuus erat, *ἀτιμία* ad liberos et si hi non vivebant, ad proximum quemque debitoris propinquum propagabatur. Si autem hereditas relicta erat, cum ea ad heredes debitum conjunctaque cum ipso *ἀτιμία* transibat, in qua remanebant, donec solvebant.

§ 23. De lege § 71.

Ἐάν τις ἐλάαν Ἀθήνησιν ἐξορύττῃ, ἐὰν μὴ εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον ἢ δημοτικὸν, ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι μέχρι δυοῖν ἐλάαιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου, ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα δέῃ χρήσασθαι, ὀφείλειν ἑκατὸν δραχμὰς τῷ δημοσίῳ τῆς ἐλάας ἑκάστης. τὸ δὲ ἐπιδέκατον τούτου τῆς θεοῦ εἶναι. ὀφειλέτω δὲ καὶ τῷ ἰδιώτῃ τῷ ἐπεξιόντι ἑκατὸν δραχμὰς καθ' ἑκάστην ἐλάαν. τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι. πρυτανεῖα δὲ τιθέτω ὁ διώκων τοῦ αὑτοῦ μέρους. ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσιν, ὃ τῷ δημοσίῳ γίγνεται· ὃ δὲ τῇ θεῷ γίγνεται, τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ. ἐὰν δὲ μὴ ἐγγράφωσιν, αὐτοὶ ὀφειλόντων.

Duo erant genera olivarum Athenis, inter quae, quod attinet ad leges, quibus protegebantur, magnum erat discrimen. *Μορίαι* quae dicuntur propagines erant ejus oleae, quae ab ipsa Minerva in arce Atheniensi sata esse dicebatur sacraque habebatur. Quarum olearum ne aliqua excideretur curae erat senatui areopagitico hominibusque, quibus a senatu oleae sacrae inspiciendae

---

[1]) Harpocrat. s. v. *ἀπὸ μισθωμάτων· ἑκάστῳ γὰρ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν μισθουμένων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγίγνοντο δαπάναι.* cf. Boeckh. l. c. I pag. 325 sqq.

[2]) cf. de tota hac materia v. Lelyveld, *περὶ ἀτιμίας;* inspice praecipue pag. 240 sqq.

[3]) Becker, Anecdot. pag. 198 *ἄτιμος ὁ ἐστερημένος τῆς παρρησίας, ὥστε μήτε βουλεύειν μήτε δικάζειν μήτε ἄρχειν μήτε πολιτεύεσθαι μήτε ἄλλο τι τῶν κοινῶν ποιεῖν.*

mandatae erant, cf. Lysias, *περὶ τοῦ σηκοῦ* § 25, Schömann, Alterth. II, 174. Si quis oleam aliquam sacram laeserat aut evellerat sacrilegii apud senatum areopagiticum reus fiebat et criminis convictus exilio publicationeque bonorum multabatur cf. Lysias l. c. § 41 et 3. Alterum olearum genus erant *ἐλαῖαι ἴδιαι*, quas non civitas, sed homines privati possidebant et leges eam ob caussam tuebantur, ne earum pluribus excisis olei aliquando inopia eveniret, et quia his quoque semper aliquid sacri adhaerebat. Harum igitur tot tantum, quot opus erant, ad templum sive publicum totius populi (*δημόσιον*) sive peculiare demi alicujus (*δημοτικόν*) aedificandum et in funeris usum effodere e lege licebat. Ad alias res nullas, nisi binas singulis annis oleas quemque consumere lex patiebatur. Quem numerum si quis transierat, cujusque oleae centum drachmarum multam aerario publico pendebat, cujus decima pars Minervae obtingebat neque minus centum drachmas illi, qui in judicium vocaverat, debebat. Actio autem, quae hac in re usurpabatur, *φάσις* quae dicitur fuisse videtur (cf. Heffter, die athenaeische Gerichtsverfassung pag. 188 sqq., Meier und Schömann l. c. pag. 251 et 302, Hermann, Staatsalterth. § 136), quae e legis formula instituenda erat *πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι*. Quae verba nonnullas praebent difficultates. Verbo *ἄρχοντας* significari hoc loco crediderim thesmothetas, cum nulla sit caussa, cur munus de olearum profanarum exstirpatione judicandi tribus superioribus archontibus adscribamus, quod vult Reiskius, qui archontum officia, prorsus confundit. Accedit quod etiam in aliis phasibus thesmothetas judices fuisse traditum est (cf. Meier und Schoemann l. c. pag. 64). Verba autem *ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι*, quae locutio in legibus Atheniensibus usitata fuisse videtur (Demosth. adv. Aristocrat. § 28), Schellingium l. c. pag. 68 secutus explicaverim: „ad cujus forum caussa pertinet“. Quamquam enim thesmothetas plurimas caussas conjunctim instruxisse constat (Hermann, Staatsalterth. § 138, 12), tamen lites minoris momenti eos inter se divisisse aliisque alias ad judices deferendas tribuisse verisimile mihi videtur esse. *δικαστής* autem hoc loco idem est atque *ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου*, qua de vi hujus vocabuli cf. Philippi, neue Jahrbüch. Bd. 105 pag. 587. — Actori autem sacramentum pro sua parte deponendum erat, quod justissime institutum esse elucet. Nam cum plerumque et reum et actorem sacramentum deponere leges juberent, hujusmodi in caussis illud a solo actore, quippe qui, si caussam obtinebat, magnum sibi lucrum faceret, ne malitiose accusaret, postulabatur. Aerario autem publico hoc instituto damnum non illatum est, quia si actor caussa cadebat sacramentum retinebatur, si judicio vincebat sacramentum quidem illi reddebatur, nonagenae autem pro singulis oleis contra legem caesis drachmae a reo accipiebantur. — Hancce multam ubi quis convictus est, magistratus, qui judicio praeerat, ab eo exigendam practoribus tradebat. — Practores magistratus erant, quibus multae ab aliis magistratibus impositae, quae in publicum cedebant, exigendae erant. — Quas vero lex Minervae committebat[1]) denas drachmas, *τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ*, qui sacras Minervae pecunias in templo, quod erat in arce, itemque ipsius Minervae simulacrum custodiebant (Boeckh l. c. pag. 172 sqq.) exigendae

[1]) Post *γίγνεται* addidi cum Reiskio *ὃ δὲ τῇ θεῷ γίγνεται* quae verba si desunt, locus intellegi non potest. Librarius ab altero *γίγνεται* ad alterum aberravit.

dabantur. — Si magistratus, apud quem judicium factum erat, neque exactoribus neque deae quaestoribus, quae multa condemnato solvenda esset, nunciaverat, ipsi ea de suo pendenda erat.

Caput III.

§. 24. De oraculo.

Omnibus jam legibus pertractatis nihil restat, nisi ut oraculum, quod exstat § 66, paucis attingam.

Ἀγαθῇ τύχῃ. ἐπερωτᾷ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων περὶ τοῦ σημείου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ γενομένου, ὅ,τι ἂν δρῶσιν Ἀθηναίοις ἢ ὅτῳ θεῷ θύουσιν ἢ εὐχομένοις εἴη ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἀπὸ τοῦ σημείου. συμφέρει Ἀθηναίοις περὶ τοῦ σημείου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ γενομένου θύοντας καλλιερεῖν Διὶ ὑπάτῳ, Ἀθηνᾷ ὑπάτῃ, Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι σωτῆρι, καὶ ἀποπέμπειν Ἀμφιόνεσσι· περὶ τύχας ἀγαθᾶς Ἀπόλλωνι ἀγυιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισῆν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς καὶ στεφανηφορεῖν καττὰ πάτρια· θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις πάντεσσι καὶ πάσαις, δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας, μνασιδωρεῖν καττὰ πάτρια· ἥρῳ ἀρχηγέτᾳ, οὗ ἐπώνυμοί ἐστε, θύειν καὶ δωροτελεῖν καττὰ πάτρια· τοῖς ἀποφθιμένοις ἐν ἱκνουμένᾳ ἁμέρᾳ τελεῖν τοὺς ποθίκοντας καττὰ ἀγημένα.

Athenienses ostentum in caelo viderant, quo commoti res adversas metuentes oraculum Delphicum consuluerunt, quid sibi esset faciendum. Oraculum respondet verbis, quae sequuntur inde a voce *συμφέρει* suadetque Atheniensibus, ut Jovi summo, Minervae summae, Herculi, Apollini servatori litent. Additur *καὶ ἀποπέμπειν Ἀμφιόνεσσι*. Quae verba, cum, quomodo in codicibus exstant, intellegi non possint, emendavit v. d. de Boor l. c. pag. 153 scribens *καὶ ἀποπέμπειν ἀμφὶ ὀνήσει* vertensque pompam mittere utilitatis vel salutis caussa. Quam conjecturam sagacissimam certe in textum receperim, cum meliorem invenire mihi non contigerit, quamquam etiam illa non omnes difficultates tolli haud ignoro. Nam primum verbum *ἀποπέμπειν* significatione pompam mittendi vix alio loco occurrit; deinde et in hoc et in oraculo, quod reperitur in orat. contra Midiam § 52[1]) significatio, quam hoc loco v. d. de Boor praepositioni *ἀμφί* cum dativo conjunctae vindicavit, semper *περί* praepositione cum genetivo indicatur. Quod attinet ad sequentia, quodque enuntiatum exire mihi videtur in verba *καττὰ πάτρια*, extremum vero in verba, quae fere idem declarant, *καττὰ ἀγημένα*. Non enim v. d. de Boor secutus sim, qui post *Ἀρτέμιδι* interpungit, quo efficitur, ut et ad verba *περὶ τύχας ἀγαθᾶς Ἀπόλλωνι ἀγυιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιδι* aliquid ex antecedentibus subaudiendum sit neque verba inde a *καὶ τὰς ἀγυιὰς* usque ad *καττὰ πάτρια* habeant, quo referantur. Verterim autem: Salutis bonae caussa Apollini, qui vias tuetur, Latonae, Minervae et viae odoribus suffiendae et craterae collocandae et chori

[1]) Quod oraculum ut alia in hac oratione litis instrumenta suppositum haberi perbene scio. Quomodocunque autem res se habet, negari certe non potest eum, qui oraculum composuerit, genuinum imitatum esse.

ducendi coronaeque capiti imponendae sunt e more patrio. — Ἀπολλωνι, Λατοῖ, Ἀρτέμιδι igitur dativos commodi intellego pendentes a verbis sequentibus. — Dei autem Olympici et deae omnes manibus elevatis implorandi sunt eisque dona offerenda. Quaeque tribus illi heroi, ex quo nominata est, sacrificare donaque dare debet usitato more. Mortuis autem a cognatis, si dies constitutus advenit, munera persolvenda sunt, ut antiquitus institutum est. — Ad τελεῖν ex antecedenti δωροτελεῖν, δῶρα supplendum est. — ἁγημένα hoc loco eo sensu accipiendum est, ut idem sit ac τὰ νομιζόμενα, quae hujus vocabuli vis, etsi alio loco non reperitur, fulciri potest eo, quod perfectum cum aliorum verborum deponentium (Krüger, griech. Sprachlehre 39, 14, 3) tum verbi compositi ἀφηγέομαι saepius passive usurpatur. — Inferiarum autem illarum, quae hic a propinquis postulantur, tria praecipue genera erant: τὰ τρίτα, quae tertio, τὰ ἔνατα, quae nono post sepulturam die, illaeque, quae quotannis die festo Νεμεσείων offerebantur. (cf. Schoemann. ad Isae. pag. 217 sqq. et 222 sq.)

Omnibus jam, quae in orat. in Macartatum exstant, litis instrumentis perlustratis probavisse mihi videor, non recte ea supposita haberi. In legibus quidem non omnia esse perspicua concedo. Attamen offensiones, in quibus forte haesitaverit quis, maxima ex parte eo revocandae sunt, quod auctores veteres nos non semper satis de institutis Atheniensibus edocent.

Si jam unum mihi liceat addere, hoc monuerim orationem, ad quam tota mea disputatio pertinuit, habitam esse in caussa privata. Falsarii autem multo magis interesse debuit orationi in caussa publica habitae formulas si interciderant supponere, quippe quae oratio multo saepius legeretur, quam illa in Macartatum non admodum apta ad animos legentium alliciendos.

Index.

Vita.

Natus sum ADOLFUS FRIDERICUS WACHHOLTZ Utini a. d. VII Id. August. anno hujus saeculi LV patre Friderico, matre Johanna e gente Ohrt. Patris mortem graviter maereo, matrem vivere valde laetor. — Fidei addictus sum evangelicae. — Primis literarum rudimentis imbutus inde ab anno h. s. LXV usque ad annum h. s. LXXIV gymnasium Utinense frequentavi. Vere anni h. s. LXXIV maturitatis examine perfunctus civibus academicis Kiliae adscriptus sum, ubi per annum studiis philologicis operam dedi. Eadem studia exin in academia Lipsiensi per idem tempus continuavi, unde ante haec quinque semestria Kiliam reverti. Audivi autem Kiliae viros illustrissimos Blass Forchhammer Luebbert Th. Moebius Pfeiffer Pfleiderer Pietsch Rohde Schirren Thaulow Volquardsen Weinhold, Lipsiae vero Curtius Heinze Hirzel Lange Masius Overbeck Ritschl Roscher Voigt Zarncke; necnon interfui exercitationibus Lipsiensis proseminarii philologici, Kiliensium seminariorum philologici germanistici historici. — Omnibus autem praeceptoribus optime de me meritis gratias hoc loco ago, semperque habebo.

Wachholtz
De litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum